cæ lucis amphitheatro, omnis honor in depressiori ara, pro solio; omnis felicitas in suffragio infelicium, pro corona Procerum. Tunc maximè spectabilis, cũ minimè spectatur. Idem Rex siderum, & cibus egentium, Pharmacum infirmis, scipio debilibus, auctoramentum vitæ sanis, omnibus omnia. Sanè pingvioris glebæ Bethlehemitica tellus esse debuit, quæ tam pingve frumentum Electorum protulit, quo altius specierum nivibus occultatur, ut semper rarior agrorũ fertilitas, nivi se debeat. An tenax inter Deum, & hominem glutinum, dixero, sanctiorem hanc panis Eucharistici Massam? sub papilione niventis hostiæ hibernans pacis Dominus, odium nullum, ne dum bellum cogitat, præter odisse, & debellare scelera. Plurimum timet saluti nostræ, cum minimè timetur; In hoc certè Cœlesti bolo, bolidem suam, imò & anchoram spes tuta reliquit. Digniùs æterna sapientia mensam suam instruere, & si posset, noluit; Ignara illius corruptionis, vitæ immarcescibilis certa, amẽtes illecebris mundi, Cœli amantes reddit, ubi crebrius frequentatur. Rotun-

da

da hæc mensa, simul & lauta, in qua Deus in cibum apponitur. Circulum hunc Eucharisticum ne dixeris vitiosum, in Palæstra Æternæ Sapientiæ, etsi vitia ad se trahit, sed ut extirpet, non foveat, dũ scelera virtutibus commutat. An dos Ecclesiæ opulentior dari potest Eucharisticâ? aurũ expetis? hic ille conditur, cujus caput aurum optimum est. Gemmas exigis? hic unionem æstimationis, & pretij infiniti habes. Bona fundi postulas? hic ager est, in quo thesaurus latet absconditus. Mundum & regiã supellectilem prætendis? quid mundius Eucharisticâ bysso; moraris? & non quàm primùm tantæ Doti in recompensationẽ cor tuum vectigale, jure reformatorio, quia reformatis ante actæ vitæ moribus, inscribis?

2da.

Eucharistia maximum bonum.

PLus nobis Cœlum dare non potuit, quàm ubi tam parum dedit, quia se totum in exiguo Panis Eucharistici orbe compendiavit. Certè parvum hoc Empyreum, non est parvum, quod Deum

um circumdare potuit. O quam felix creatura panis! quæ se Numini æterno in substratum, substantiam in corpus, & sanguinem divinum, atomos, in immensam Majestatem porrexit. Nempe Verbi Æterni filia, & Parens Eucharistica Ceres, Patrem, à quo oraculo vocis genita est, in utero specierum portans, eundem nobis in salutares donat epulas; an non grande hoc, in exili bolo, miraculum est! vera filiorum Abrahæ mater, svavi niventis hostiæ lacte, Alumnos Cœli enutrit; an id non pignus maximum putas? Ancillæ species Eucharisticæ, molli triticeæ compedis spirâ, Deum attinent, donec usu hominis resolvantur; servile, quia glebæ adstrictum frumenti genus, commiscetur Domino; an parvũ hoc excessivi amoris symbolum? vera salus credentium, Divinior hæc Esca, quia æternæ veritatis bajula, mendacem Apollinis tripodem respuit, quo vana Atticæ incoquebantur oracula; furnus illi pectus æstuãs affectibus, unda lachrymæ, far pingvius cor contritum; quibus conditur, & excoquitur. Figmentũ dexteræ Domini Ceres hæc sancta, fingere ne-

neſcia, luteum cor hominis effingit in aurum; amat ſincerè, etiam fictè amata, odioſa his, à quibus amari non poteſt. Nemo civilis, qui ab hac civilitatis præceptrice, non exercetur. In phaſello panis, felicem animarum naumachiam Divina inſtitrix agit; verè oneraria, quæ frugem Optimâ Deũ ipſum vehit. Quot, ſanctiores Triptolemos agraria hæc præceptrix cœleſtium gratiarum OEconomiâ imbuit? ægra mortalium virtus nũquam melius, quam è medico ejuſmodi Pharmaco convaluit. Sed noveris benè, pallere divinam, ſuis plus nivibus, hoſtiam, quoties ſine rubore ab improbis ſumitur. Nil illâ lætius, ad triſtes pænitẽtis oculi lachrymas, nil triſtius, ad in ſolentem peccatoris inter volupias lætitiam. Præcipitatos in abyſſum humilitatis, in Cœli exportat convexum. Sublime enim petit, quæ humiliato ſub velo pænis Deo, unitur, adeoq; optimũ inter Deum, & hominem medium eſt, medens hominum malis hæc mediatrix. Anteactis ſæculis longam ſui famẽ, præſentibus ſæcularem, futuris æternam parit. Immortale bonum, mortem illis tan-

tantum adſtruit, qui vitam oderunt. Cur Romana Aſyla miſeri Cives quæritis? Aræ incubans Euchariſticus Princeps, ara perditorum eſt. In menſa marmorea expoſitus, nemini tamen durus, præter illos, quibus cor ſaxeum eſt. Offunditur toties vivo in hoſtia ſangvine, quoties ficci hominum arent oculi. Candicanti panis amictus byſſo, candorem nobis ſuum propinat, cui nos atram non niſi bilem ferimus. Id unum mirare! Purpuratus Cœli Princeps, candidum in terris, quærit calculum, quem occupat. Tot igitur aucta beneficijs Euchariſtiæ beatitudo, tot ſtipata ſuffragijs, tot condita favoribus, tantâ inſtructa dote, adhuc Maximæ felicitatis, ſummiq; Boni nomẽ non jure ſibi vendicabit? at ego omne culmen puſillum, omne pretium vile, omne decus ignobile, in una eademq; cũ hoc cœli Clenodio, poſitum librâ, æſtimo, & æſtimabo.

3tia.

Coronarũ fulgura multorũ perſtringũt oculos.

AUguſta Coronarum majeſtas, ut paribus grandem invidiam, ita depreſſiori fortunæ æternos ingenerat metus.

Parvi colles gratâ mortalium oculos ſui detinent amænitate, excelſæ rupes formidabili terrent faſtigio, ne obruant, & ſemper umbram in ima projiciunt. Nil eminet maximi, quod pediſſeqvus non comitetur timor. Quaſi omne pretium coronarij auri ſit in precaria formidine, & quævis æſtimatio, pondus ſuum à dejectis ſubditorum animis derivet. Tergemini Dictatorum, aut Conſulum honores, fermè ſemper millena popularibus ſtudijs incutiunt terriculamēta. Cētimanus Gygas, quia ſupra omnem patriū excrevit molem, ipſi metuitur Jovi. Unicum, ideoq́; ſolitarium, in regno vult ſuo radiare diadema, unicū populi malum, unica regnorum ſolitudo. Pulchra quidem hæc primis obtutibus videntur Phænomena, ſed plerumq́; uſtulant magis, quam lucent. Rara pulchritudo eſt, cui ſe aliqua, deformitatis non admiſcuit labes. Specioſa mala magnæ ſpecies. Præcipuè verò celſa coronarum decora, rarò ſine macula civilis ſangvinis effulsêre. Fulgores regalium tæniarum, in fulgura popularium mæniorum, culmina, in fulmina degenerant. Auguſtus ca-

capitum ſplendor cor, & animam Civium enecat, vix emicat. Proſperum ſanè imperium, aurearum ejuſmodi ſphærarum concentus, ſvavem inter proceres conciliat, non obruit harmoniam, ſed pœnè ſemper ſymphonia diſcors; & ſæpè triſtis ſubditorum gemitus dulce melos eſt regnantium. Aureus ſtephanomatum orbis, auribus Principis ideo impendet, ut illas ad preces miſerorũ excipiat, blanditijs aperiat; lapidat plerumq; innocentes, lapidari in innocente Stephano paſſus. Dicamnè plus, boni odoris Civium fortunæ gravè olent coronis, donec adimantur, aut manibus Principũ contrectentur, quaſi meliorem fragrantiã ſub ejuſmodi preſſura acquirant. Odor illis optimus, ſudoris alieni lucrũ. Offendit nares regias flos Reipublicæ eximius. Sordere malunt Civico cruore, quam famæ optimæ aurã captare. Dulcis imperandi libido in acorem ſeveritatis, ne dicã Tyrãnidis declinat, & ſvavia regnorũ poma, rarò abſq; edaci verme, quẽ ſibi innutriunt, non ut rodantur, ſed magis ut rodant. Nemo, aũt rarus regij hujus mali dulcedinem guſtat, qui non a-

maras simul gustavit lachrymas; ita gustus Principum ex ærumnis populorum proficit. Quid miraris? durum sub malleis aurum, in Regum molleſcit aut emendatur insignijs, adeoq; durum est semper miseris; quod in Lemnia toties caluit incude, facilè in iram, & furorẽ accenditur. Aut si frigidè nimium Civilibus intendit curis, causa est, quòd pridem extra focum Mulciberi oberrans refrigescat. Pro! pudor, omnis fermè coronarum gloria, inglorios reddere Cives. Aliter adorari nesciunt, nisi depositis è cervice capitibus populi. Tarquinij papavera docent. Felicitatis suæ fastigium, ad ruinas, & infortunia regnorum metiuntur. Toties infirmæ sunt hæ regnorum bases, quoties prostratis non fulciuntur provincijs. In pulverem, & minores atomos conteras regium hoc aurum, ut libet; auxisti morbum hoc amuletho, non sanitati Civium prospexisti; quo plus cõminuuntur, plus populares aggravant census. Amoribus hìc emũtur odia, odijs exitium. Quidni verò ibi spes bona regnorum exulet, ubi coronæ timeri tantùm, & non amari simul

mul volunt? Hæc illarum prima ſapientia, quæ regijs imprimitur frontibus, ignorare, aut ut clarius dicam, nolle intelligere, hominum ærumnas; hæc virtus, vitijs parere, quæ caſtigant in ſubditis, accinente Pòéta: *Peccarunt Reges, plectuntur Achivi.* Creditis jam, quod coronarum fulgura, nunquam abſq; populorum emicent terrore? Adijciam ego, non perſtringunt tantùm Civũ oculos, ſed cives ſtrangulant, metu exanimant regna, mulctant omni imperia felicitate.

4ta.

Coronæ Principum, quæ imperant regnis, ſerviunt ambitui.

MIſera ſanè quantumvis felicium ſceptrorum conditio, quæ dum adſcititiam Urbium, & populorum aucupãtur ſervitutem, immani animorum Tyranno ſerviunt ambitui. Quot enim inſomnes exigere noctes? quot itinerum experiri pericula? quot præ veſtibulis Procerũ agere vigilias? quot æſtibus æmulæ torreri virtutis? quot impendi coguntur officijs, ut ſupremum dominij alicujus involent faſtigium? Quaſi nemo regium muricem ferre, niſi ſuo rubore

tinctus, nemo Coronarium aurum gestare, nisi suâ macie pallens, nemo imperiali gaudere malo, nisi tot malis, & solicitudinibus pressus, nemo regimen auspicari, nisi à servili ambitionis ministerio possit, quæ metu aulas, quæstu æraria, curis, & lictore animi invidiâ Curias, mentem, natâ è disturbijs amentiâ, ut nundinetur imperia, infascinat. At verò nunquàm è tam pessimâ genitrice, bonam prolem expectaveris; eodem illa ubere, infortunia regnorũ, quo regnãdi libidinem ablactat, ijsdem infantiam gubernij, & infandam Tyrannidem involvit fascijs. In blanditijs odia, in svavitate aculeos, in amuletho venenum, in basijs morsus, in amplexibus neces, in molli attactu vulnera, in laude satyras, in dulci svada absynthia, occupatæ gravi imperio propinat Reipublicæ. Nec minus in pedissequam sui fastûs indolem exerit virus. Urbanitatis ignara, postquàm urbes civibus exuerit, omnẽ Principes dedocet civilitatem. Iam murorũ, & fossarũ ergastulis clausos horrore solitudinis sepit, ut hominum consortio eximat, jam castrorum mancipatos angu-

gustijs, militaribus cingit Draconibus, & Aquilis, ut sitire cruorem Civũ erudiat, jam venatica abreptos indagine, nemorũ occultat latebris, ut feras, feris associet, quo fit, ut verius coronatas regni belluas quàm coronata Numina appellaveris. Utinam verò aureas saltem oves, quo Principes insignivit titulo Diogenes, & non efferos Leones præseferant! Bruta opes efficiunt, feras animantes ambitio. Pallet fulgor regalis metalli febricitat ad hyemem extinctæ in pectoribus Principum charitatis erga cives, refrigescens majestas, omnem amænitatem, & lætius jubar, triste deponit aurum, ipsa tantum & sola hilarescit Tyrannis, quoties petito ab hac pessimâ electrice calculo, ambitione, crudeles ad solia evehuntur Nerones. Sed o! quàm sæpè ejusmodi Galbæ, tolluntur in altum, ut casu graviore ruant. Qui in summos eluctari nititur apices, quid aliud, quàm præceps expectet? Quidquid excessit modum, instabili pendet loco. Tutius semper in humili cespite, quàm in prærupto excelsæ rupis quiescimus; prosperius iter per Marathoniam planitiem, quàm per ver-

ticoſum Athon. Ipſum involet cœlum, quem memoranda necdum ſatis Icari ruina lapſum edocuit, at quem longæva gloriæ incendit orexis, cui æternitas nominis cordi eſt, quem ſera expectant imperia, qui centum emetiri Olympiades, mille exoptat ſuperare Neſtores, lentâ Auguſti teſtudine feſtinet, neceſſe, id eſt, repente per ardua labore, non cereâ ambitionis alâ enitatur in faſtigium. Ideo Celerinos amat effrenata regnandi libido, ut breviùs imperent; cum Lentulis feneſcit purpurarum Majeſtas. Impræ-gnata faſtuoſis ſpiritibus regij muricis vela, facilè in minaces adverſitatum ſcopulos laceram regnorum allidunt onerariam; proſperè & perenniter regnare deſideras? auſpicare dominium à ſervitio tuæ cupiditatis, ne ſervias ambitui coronatum mancipium.

5ta.

Eodem amplificationis modo etiam Polona civilis ſvada gaudere poteſt, ſi poſiti in conſtructione Subſtantivi principalis, natura excellentia, magnitudo, ſympathia, locus, tempus, ornamenta conſiderentur.

Do

Do EXEMPLUM.

Kwiát wolności Polskiey ſtárożytną prácą rozkrzewiony, zwiędnicie in Æolia *niezgodnych umyſłow.*

NIe bez ćiężkiego żalu we łzach pławić ſię muſi oko, wſpomniáwſzy ná doſtoyność *anteactis ſæculis* wolność náſzey Polſkiey, niegdyś *Paradiſum voluptatis*, zwyćięſkim ſtárożytney Junákieryi záſzczepiony bułatem, teraz *vineam deſolatam, abſq; maceria*, ſámemi tylo prywatnych intereſſow y diffidencyi záprzątnioną *tribulis, & ſpinis*, o ktorey mowić ſię może: *vinea noſtra: non floret, expectata eſt ut faceret uvas, fecit autem labruſcas*; á zátym płáczliwie *cũ Tragedo*, weſtchnąć muſzę. O! *nulla longi temporis felicitas*! ſzerzył ſię pięknie roſzpieſzczony *pacis Æteſiis* kwiát ten Rycerſki zá czáſow Boleſłáwow, Jágiełonow, *per littora Ponti* Euxynſkiego, y Báltyckiego morza, ſzerzył *noviſſimè* pogránicznych Páńſtwách *ſub ſidere Parmæ* wiekopomney Iániny utwierdzony zaſłoną domowey odwagi, & *ſepibus pectorum*, że mu żádna záſzkodźić niemogłá *inhoſpitalis Caucáſi hyems*, żaden náprzykrzáć ſię nieważył *ex Aquilone ri-*

gor; zásięgał przy dźielności walecznych Koronátow swoich *probo famæ odore*, nietylko *ad Albim, & Tibiscum*, ále też y do sámych gránic *nascentis & occumbentis diei*, Wschodu, y Záchodu, kiedy go ztąd posoki nieprzyiaćielskiey *effusus Rubicon crescentibus alluit undis*, á to dla tego, że mu gorące *in zelo fidei* stáropolskie áffekty *ver perenne prosperitatum* sposobiły, że serca, y stány Senátorskie, Rycerskie przychylność *ad Aras Domini* wspieráłá, że *hortum conclusum* wolności nászych *gratospiramine* stolicy Apostolskiey *perflabat Auster*, y nieták *Phryxæo arieti*, ktory wiosnę świátu otwiera, powinniśmy byli *ver perpetuum felicitatis*, iáko *Agno, qui inter lilia pascitur*, ktoremu ná ten czás práwie *sine exemplo* stárożytność Polska *Cultum quàm maximũ* czyniłá. Jákoż záwsze *imperij Florẽ lactat amica fides*. Teraz záś, że dla rozerwánych *scissionibus* áffektow, *sævit hyems atrox* oźiębłey w nas wiáry, y zwárzony ten ták zácny kwiát, pierwszey w Europie wolności nászey, co miał wieczną pámięćią krzewić się *posteritati in serta perennia*, y záślubioney Rycerstwu fortunie *in coronam læ-*

lætitiæ, obárczony z liśćia swego, *& omni terrarum amænitate*, ledwie się *in herba arida* prezentuie; co przedtym *fœcunditatis optimæ* odkrywał *aras Martiales* wątleiące siły Rycerskie *succo salutari* trzeźwił, *vigor & medela populi*, teraz tam bez nádźiei *resloreścendi, deficit orbati funus inane soli*. Czyniliśmy sobie otuchę, iákoby *nullo fato cassabilem*, że przy ták miłym wolności kwieciu miały nam záwsze *vernare sæcula*, zwłaszcza *in pingui gleba* obszernych Państw, y źiem Polskich, ktora nam *Anthæos Hercule fortiores* rodźić powinna, y iuż *in nervis* kwiátu milicyi nászey iákieś *sagenas Timothei* zákładáliśmy sobie, ktoremi on *Vrbes piscari* zámyślał, áż my sámi wpádliśmy w mátnią zápuszczoney *specie tutelæ in viscera regni* pográniczney potencyi, z ktorey, ieżeli nas *dextera Domini* niewywiąże, *extremo volvimur axe*, bo niewiem ieżeliby się ználázł kto, *qui solveret hunc Gordium*, procz Boskiey ręki, zwłaszcza, że to iuż mamy *ex praxi*, że *extremis nulla medela malis*. Záśmákowáłá dobrze choynie ná kwiát wolności nászych spływáiąca Niebieskiey lárgicyi ámbrozya *prædantibus vespis*,

do

do ktorey zewſząd *pleno examine* ćiągną, ażeby *nectar optimum* fortun, y dobr naſzych, *operoſis civium apibus debitum* wyſſáły; ten to kochány *flos libertatis* miał *æternitatem* ſzczęścia, y odwagi Polſkiey *coronare*, áż on teraz, żalſię Boże, *non ab externis victoribus*, ále od nas ſámych, od nas, ktorych *fragrãtia unionis, fragrantiam* iego *augere* powinna, od nas ktoremu *amænitatum* naſzych winniśmy *Officium, regnorum cordolio, hoſtium Lucro*, przez inwiſcerowáne niezgody *carpitur & conculcatur*. Coż w tákowym nieſzczęściu zá rádá? *impegit nos fortuna in laqueum, quem nec ſolvere, nec abrumpere poſſumus*; śiły nie wyſtárczą *in repreſſalia* ták wielu injuriántom; *quid conſilij? poſcunt ſecunda fidem, adverſa exigunt*, mowi ſtátyſtá; poprzyśięźmy ſobie *unum ſentire*, á upewniam, że domowa zgoda náſzá, zgodnę *fata* ná zgubę wolności przełámie, ták, że przykurzony tumánem Woyſk *peregrini Martis Flos Patriæ*, do wigoru ſwego przyidźie, *fucorumq; gravem coget diſcedere nubem*.

6tą.

6ta.

Niebeſpieczna Rzeczypoſpolitey náwá inter fluctus *domowych dyſſenſyi.*

NIewiem ná ktorym świátá mieyſcu, *ultra Gades, & ultra Thulen*, y ktoby táki ználazł ſię, ták rozrzutnego *in vitæ perniciem* ſercá, choćby też y ow, *cui robur, & æs triplex circum pectus erat*, żeby truchleć nie miáł, widząc ſię w poł ſpienionego náwáłnośćią morzá, *ſine remo, ſine remige, ſine malo, ſine clavo*, álbo roſpędzony wiátrámi iuż iuż ná oſtre wpadł ſkopuły, *nec timuit præcipitem Africum decertantem Aquilonibus*; ieżeliby záś kto táki był *in abuſum naturæ* dány, á záś *judicio* ſámych W. M. M. Pánow niema być poczytány zá człowieká *projectæ ſortis, & vitæ*? Amy z iákim beſpieczeńſtwem? z iáką ufnośćią? *quo imaginabili auſu?* po zmieſzánych gwałtowną Eolią domowey niezgody wirách, *irati per cærula Nerei*, z náſzą, iuż dobrze nádwątloną *immani verbere fluctuum*, uwodźimy ſię y unośimy Rzeczypoſpolitey Náwą? ktora po dźiśdźień *terrâ jactatur & undis*; przećięż, iákobyśmy to byli *extra omne periculum*, iákobyśmy ſię we złey toni nie

wi-

widźieli, iáko *in portu ſecuritatis*, bez żádney reflexyi ná oſtátnią *in naufragio* ruinę, bez trwogi, *ſine metu ſcopulorū*, wpuſ morzá wielkich niebeſpieczeńſtw, *nec ſidera Lædes, nec quæ blanda iuvant perituras numina merces poſcimus*, áni u Boga, áni u Páńſtw *extra ſyrtes & brevia* zoſtáią-cych ſzukamy ratunku, ále záłożywſzy ręce, *patimur non avertimus* pogrążenie *naufragantis Reipublicæ*, przy groźney zbūtowánego *in clades & funera gentium Euxynu* náwáłności, między ták wielą woyſk puſnocnych, y cáłego Aqwilonu ſzárugámi, *inter ſcyllas, & charybdes, noſtri interitūs & ſpectatores, & proſcenia*, iakieś ſobie roſćiemy weſołe ſomnia, y ginąc bez nádźieie pomocy, *dormitamus Homeri*. Czynię teraz *præmiſſarum conſequentiam*; co o nas świát cáły trzyma? co mowi? iák ſądźi te náſzę *exlegem audaciam?* wiē, że *ex definitorio* W.M.M. Pánow to *Reſultās* otrzymam, *noſtris hi fluctus urgentur ab aſtris*, z nas ſámych to wſzyſtko złe, my ktorych *in rabie tumidi jactantur vela profundi*, ná tym ſię znayduiemy háku, y nie widźiemy, álbo widźieć niechcemy tego niebeſpieczeńſtwá. Owá ták głoś-

ney

śney ſłáwy, ták ſzczęśliwie uieżdżáiąca *imperioſius æquor populi onerariá*, owa złotym wolności náſzey runem ładowána *Argo, quæ bella tot undis intulit, ac Boream, metuendaq; ſidera fregit*, owá mowię ták wielą zwyćięſtw ozdobna, *tot coronis ornata*, ták wiele fortun ſzlácheckich, y Senátorſkich piáſtuiąca Rzeczypoſpolitey Náwá, *nudum remige latus* bez rády, bez Woyſka, bez wſzelkiey nádźiei poſtronnych auxiliárzow, *ſine Typhi, ſine Iaſone*, z nieomylną Páńſtw ſwoich ruiną, padá *in rabiem freti*. Daymy to, żeby ſtálowe *non ex ſpolio nemorum* tabulatury, ſpłáwne miáły okręty, padáćby ſię muſiáły gwáłtownemi wiatrámi, *& aſſultu fluctuum* ſkołátáne, á coż dopiero náſzá *fragilis, quæ truci cõmiſit pelago ratis*, Kleynot Rycerſki *libertatẽ* iák ma ćiężkie wytrzymáć, ztąd *popularis licentiæ motus*, z tátąd nieprzyiaćielſkie impetycye, á naybárdźiey *timeo Danaos, & dona ferentes*, ktorzy przy opiece ſwoiey, nam o kroiu nie dobrym myślą, oſobliwie ći *quos fines non Græca fides*, od Grekow dźieli, á zátym idźie, *qui metus Ilio, hic & Phrygibus*, pewnieby ſam *ex tripode Apollo* nie

wieſzcz-

wieszczkował, zwłaszczá, że powinna być *prona timori semper in pejus fides*. Czásby nam przecknąć *è lethargo* długiey dyssymulácyi, czás rádźić o sobie, y rzućić się *ad Clavum gubernij*, tey nászey iuż práwie tonącey Náwy, bo chociaż *in fluctu*, ále ieszcze *non in scopulo* zostáie, *in tempestate non naufragio* pássuie się, zkąd niewiem *quæ tabula* wynieśćby nas miáłá. Ráczey nie czekáiąc ostátniey zguby, áni *exoticos argonautas* do pomocy, trzebáby nam się czymprędzey rzućić sámym *in unionem virium & animorum* przećiwko tey zley fáli *conjuratæ malignitatis*, sámym *vela dare, & totis in opus contendere remis*, á wiē, że ták dobrze *sub alis bellatricibus* Koronnych Orłow, iáko *sub carbasis*, láwirować będźie *in æquore prosperitatum* Náwa Rzeczypospolitey, y uwieźie szczęśliwie *è tot naufragijs* fortuny nász̄e, byle tylko była *mens omnibus, una*.

7ma.

Juxta Atomum etiam amplificationis atomæ in præceptis deductæ, per definitiones; habes sufficentia in tomo 1mo exempla, hic aliquot illis adjicio, versu, & Polono idiomate, cum ibi sint solutè, & Latini styli lucubrationes.

Be-

B. Mariæ V. encomiũ per definitiones.

Quid mihi vel tellus, vel ſplendida ſidera præſtent?
Unica *ſpes mundi*, quod Pia Virgo neget?
Cedite Tarpejæ mẽorãdi nominis arces;
Noſtra dat *Vrbs* totã *Præſidialis* opẽ.
Nil ego ſic clari, nil luminis æſtimo tãti,
Ut Jeſſæa mihi Regia *ſtella* parit.
Nil ita terribilis caſtrẽſia fulmina jactant,
Ac *Acies* caſtris undiq; cincta ſuis.
Odryſij premimur gelidis algoribꝰ Hæmi
Diſcutit Hæmonias *Aurea Parma* nives
Balthica ſævit hyems gláciali frigore? quid tunc?
Abſorbet Balthin mite Maria, *Mare*
Sive dracoLechicis eat implacabilis aſtris
Serpentis *Domitrix* toxica nulla pavet
Sive jubâ bellax ſcythicæ plebs atra Meotis,
Graſſetur, pacem *fœderũ Arca* docet.
Quid vel in occiduo fulget præſtãtiꝰ orbe
Hôc, nec ab õne ſuũ *Lumine*, lumẽ habet?
Quid roſeus pelago ſic clari protulit Ortus?
Clara ſuo prout eſt ex Oriente, *Parens*
Magna venit gravibus vis ex adamante coronis,

Sed meliore nitet Taria *Gẽma* face. (gna;
Ampla decus Tyrio ſumũt de murice re-
Quas *Aurora* Jacob muricis implet opes?
Illa ſalus terræ pariter, pariterq́; polorũ
Eximium mundo præſtat utriq́; decus.
Illa ſoli *flos* eſt, cui proſpera fœcula vernãt,
Unde fluit miſeræ certa medela rei.
Si volucris Phœbi, quia rarior, aptior aſtris
Phœnix rara ferè Virgo ſimulq́; Parens.
Si Jovis aligerũ primos in vulgo honores,
Poſſedit volucris, quod rubra tela ferat.
Quas *Aquilæ*, grãdis quã cælis admovet ala
Ex æquo laudes, juſtaq́; vota damus?
Scilicet, illa Dei metuẽdos dirigit ignes,
Ne feriant, quoties promeruêre rei.
O! utinã, quãdo me Tænaris unda laceſſet
Lædæi niteat lideris ipſa loco. (pinus,
Imò truci Lethes ubi jam mea gurgite
Rapta cadet, *Portûs* ſit *Tabulæq́;* vice. (tris
Vis? brevibus tantæ perſtringã ſidera Ma-
Quidquid amas, hic eſt, õnibo una ſatis.

8va.

Nie jeſt Polſkiey przegrána, poki Koronney wolności ſtáie.

JEſzcze to znáć nie oſtátnie *in agonia libertatis* ſiły ná nas biią, *necdũ extrema pericula*, kiedy nam wolno wowić *quo*

va-

valet robore cáłość práw, y fortun náſzych wolno ſpytáć iáko ſię mamy, *& confiteri infirmitates noſtras adinvicem*; mam to *ex ſenſu* pewnego Polityká, *vis magna vocem emittit, at major tenet*. Ná miałkim grążąc nurćie prośimy o rękę, w głębokiey toni, nie przyidźie záwołać rátá. Przyznáię, że doſyć niebeſpieczna okryłá nas ze wſzytkich ſtron, *quâ domi, quâ foris*, náwáłność, *ſat grandi mole malorum premimur*, ále nas ieſzcze wſpiera w upadáiącey nádźiei *Anchora libertatis*, że ſię rozmowić, *& in medium conſulere* możemy, dopieroby to *exequialia* obumárłym ſtánom *ſtupore maximo* gotowáć trzebá, gdy by nam mowić ſię nie godźiło, co nas boli; *lingvas primum excidêre Tyranni, ne vel juſta queri, vel dicere recta liceret*, poki wolnośći, poty náſzá nie przegrána. Coż nas w málignie, *tot æſtuantiũ curarũ* ieſzcze trzeźwi, tak iż ſobie iákimkolwiek ſpoſobem dáć rádę możemy? ieżeli nie ten *gratus odor floris*, wolnośći náſzey, lubo poniekąd *ſeptemtrione* zwárzony, wdźięczną *oculo mundi* odmienił nieco bárwę; ále poki go utrzymywáć ſzczerze *in areolis pectorum* będźiemy, po-

ty iákażkolwiek otucha być może *poſt ſævas hyems ponti, Boreæq́ rigorem*, w nową *refloreſcendi* ozdobę. Jákoż ten zácny Kleynot, nie inácżey ſobie wáżyć, y ſzácować mamy, tylko *eò pondere libræ*, iáko Rzymſki Senat zá czáſow Pompiliuſzá *Cœleſte Ancile*, ktore gdy z niebá do obozu Rzymſkiego *levi verſatum leniter aurâ decidit, à populo clamor in aſtra venit*, z weſołym okrzykiem Woyſk przyięte było, á to dla tego, że záraz przy tym ſłyſzáno, *omnium potentiſſimam fore Rempublicam, quoaduſq́ in ea manſiſſet*. Co tym ſłuſznicy *de clypeo libertatis* mowić ſię może, im pewnieyſza, że poty fortun, poty ozdoby náſzey, poki wolnośći *ingenia melius recta ſe in laudes ferunt, ubi nobilem animũ vegeta libertas alit*, Státyſtá mowi; tę ſtráćiwſzy *ſpes cecidêre bonæ, & manet ineluctabile fatum*. Niemáią ſzácunku ſwego *coronæ imperiorum*, chociáż w doſtátki, honory, Páńſtwá, y gárnizony obfite, ktorym *Gemma libertatis*, nie dodáie ozdoby, y waloru; bo tá iáko *rarior Phœnix* przy ſzerzącey ſię tych czáſow Tyránnii, ták przyiemnieyſza owym, ktorym *libertas pretioſior auro*. Nie zá-

zázdrośćiemy Lákonom Iſtmu, gdźie Perſka ſzwánkowáłá *ad obicem Laconicæ fortitudinis* potencya; niech ſię Rzym grodźi *Alpibus, & pelago* od Affryki, my w wolności nászey mamy *Alpes, & Iſthmũ*, oſobliwie kiedy *in harmonia ſenſuũ, & animorum* zoſtáiemy, lubo to iákoś u nas *longo viluit uſu*. Tá to kiedyś *Domina gẽtium* Polſkie gránice pod ścián*ę* *Ortus & Occidentis* pomknęłá tá *Mater populorum*, ták wiele národow *in unum corpus* kliiłá. Tá *Principũ altrix* obſzerny Pánom ſwoim ufundowáłá Máieſtat; wniey mamy, co chcemy. Oná ieſt nam *in murũ igneũ & Civitatem munitã*, oná Rycerſtwu *pro ſago*, Senátowi *pro togá*, niezwyćiężonym Regnántom *pro corona gloriæ*; tę wolności *pupillam* iák naypilniey konſerwowáć, tę náwę w oſtátniey toni *fluctuãtẽ* do portu *optatæ tranquillitatis* ſprowádźić, *plus eſt quàm vertere Thebas, aut Rhodopen regnis exſpoliare ſuis*. Stráćiliśmy wprawdźie *nervum belli* fortuny y ſubſtáncye, ktore *ſenſim manus potentium* wyłowiłá, milicya obárczoná, zubożáłe Prowincye, Miáſtá zruynowáne, *agricultura* uſtáłá z kąd naywiekſze bywáło *ſubſidium*, nam ſerca nikt

oprocz BOGA odebráć niemoże, złáski Máieſtátu mamy ieſzcze wolne głoſy, ktore *depromunt, quo ſenſu doloris laboratur.* Záczym *exemplo* owego Greczyna, kiedy nam rąk y barkow nie ſtáie, zębámi chwytaymy ſię, y utrzymuymy *poſteris* ták zácne *navigiũ fortunarũ regni*, choćby też y ſámym życiem.

9na.

Ab enumeratione partiũ, juxtà data præcepta.

TOMO 1mo.

Fortuna nemini ſe integram mancipat.

NUlla fides variæ, cui ſubditur alea, ſorti,
Ludit & illudit, recta, nec æqua ſatis.
Integra ſed nunquam Dominæ ſe mancipat aulæ,
Quâq; min9 ſperes, parte nocere, nocet
Indolis ambiguæ, quo proficit, officit ore;
Admiſcet placidis, tecta venena labris.
Dum læto nimium frontẽ veſtire ſereno,
Creditur, immiti cõſerit arma manu. (ret
Triſte ſupercilĩ cui porrigit, oſcula ſpe-
In pretio eſt magnos fallere poſſe viros
In facie veneres, aciẽ formare videntur;
Vultus amãs, expoſt, credito, vultur erit.
Cum riu lachrymas, cum nectare bella propinat, Ut

Ut fuit innumeris hæc Dea nata dolis.
Mel dat Ariſtæũ mollis dulcedine lingvæ
Impendere ſcias prælia cruda tibi.
Innubes oculos pulchro ſublimat honore
Pupillæq́, gravi mobilitate favet?
Non ut amet, facit hoc, ſed ut his infaſcinet aulas,
Artibus, ex ipſo mox abitura jugo.
Falſa cano; cæcã Cous depinxit Apelles;
Nempe, videre Deã tot malefacta pudet.
Involvit tenui fallacia lumina byſſo,
Tutius, ut tectâ fronte nocere queat.
Quãs Ithace ceras ſinuoſæ congerit auri?
Audiat ut nullas ſæpe vocata preces.
Quô malas ſtibio fingit? ne barbara cũ ſit,
Sidereæ frõtis proſtituatur honos. (mox
Nil deteſtãdas quibus omnia prodigit, &
Omnia furatur, commemorabo manus.
Nil volucrẽ plãtã, qua tot ſubſellia calcat,
Inſequitur profugos, arripienda fugit.
Vis, dicã Samio quid deſponſata Tyranno
Egerit? Arſacio fune peremptus obit.
Juverat haud guttur, qui luſerat annulus æquor,
E digitis dominæ pignꝰ inane ſuæ. (ænis
O! cor atrox nimium, Lybicis æquale Le-
Cui per idẽ furor eſt, ac ſpecioſus amor.

Squãma triplex sævũ suffocat ahenea pect⁹
Ne facilẽ pressis improba præstet opẽ.
Quis vitreos unquã fortunæ fixerit art⁹
Quæ nullâ frangi vi, pretioq; potest.
Dumq; favet risu, mox rustica tergora vertit, (tuis.
Et fugit, hinc, lacrymis irrevocanda
Ergone quis fragili fortunæ stare cothur-
Ambiet? ignarus funeris ipse sui? (no,
Ioma.

V. Glycerius Abbas Landrianus, post, Piarũ Scholarum Religiosus, candentibus prunis vescitur nec læditur.

Per Adjuncta.

PAtritiæ, grãdis spes, & fiducia, stirpis,
Quâ mihi Pieridũ lege canẽdus eris?
Vix chelys admitti Tiberinos inter honores
Purpureos meruit vix mea Musa Patres.
Melpomene, quãvis Tarpejis inclyta sertis
Impar Landriniæ creditur, ipsa mitræ.
Te siquidẽ Princeps cõmẽdat purpura regni
Scriberis Augusti, Pontifi umq; Nepos.
Scipiadas claros, bellatoresq; Metellos,
Sangvinis attingit, jus geniale tui.
Quidquid enim Daunus, veteris quid Roma secundi,

Pos-

Possidet, Officijs accidit ultrò tuis.
Unde fit, è cunis, ut tanti sideris Ortum,
Adjuvet hinc supervũ Cæsaris inde favor
Infantile statim petit alto Landria cultu,
Ac aliæ centum, maxima quæq; caput.
Purpura nulla tuis, nullo caruisse Galero,
Laudibo, & summâ prosperitate, volet.
Sed te Pieriæ magis urit gloria laurûs,
Præ solio potiùs Tullia rostra placent.
In Calasantinæ trabeatus Tyro Palæstræ,
Post habitis, celeras, limina parva, mitris
An sibi te rapuit virtoprobitaq; Magistrũ
Tantâ ritè Piæ ~~laude~~ stetêre scholæ!
Quis meliopotuit te processisse? quis audet
Ardentes prunas mandere more cibi?
Fecisti, quod nemo priùs; miratur & alget
Illæsis carptus Mulciber ipse labris. (tri,
Non plus ignivomi stadiũ dũ vastius an-
Armiger irrupit Curtio, ausus erat. (te,
Coclitis haud potior, prærupto, laurea, põ-
Dũ tenet accensos Marte calente Duces.
Roma fuit tantæ non vilior area palmæ,
Et doluit palmas succubuisse suas.
Grandis erat Pauli, grandis victoria Drusi,
Te penes Officio deteriore cadunt,
Sic natura loci celsis quid mentibo addit
Nec nisi fert magnos urbs Tyberina viros.

Non tibi flãmarũ patiẽs in talia forceps?
Armavit tenerã, munia dura, manum.
Arripis ignitas, nullâ formidine, prunas,
An Lẽnon, nudo pollice victor agis? (nũ,
Non foret hic major, Vulcani tollere fur-
Quàm vivos ignes posse levare, labor.
Hoc pietas svasit; cæco propè duceris æstu
Rectoris redimens ardua jussa tui.
Sic tibi pro grato vernãtis munere Floræ,
Extiterat flagrans ignibus ille socus.
Sic tua, parendi, nobis incendia, virtus,
Maxima prolicuit, prunaq; fomes erat.
Quô solvi Latijs ea possit gloria sceptris,
Tanta, quod, & tãti luminis astra ferant.
Molles, invalidæ sunt hæc ad præmia Musæ, (opus.
Tam grave, nî resonent classica Martis,
Quis memoret? quàm fronte hilari, quã pectore læto,
Intuleras Lemnon faucibus ipse tuis?
In roseas, ignis roseus se verterat escas,
Quiq; solet cineres, svavia liba dedit.
Cœna fuit; reliquos frugalis fercula mẽsæ
Te nisi delectat fervida pruna foci.
Quis peto, sic cænat? Seraphim te sæcula dicent,
Qui totus, reor, est ignis, & igne satur.

11ma.

Per congeriem similiũ.

Pro gemmis ratio Coronas Principũ ornat.

ONerant excerebrati vertices, augusta Regũ diademata, & onerantur, prout erudita ornant capita, non ornantur ab illis. Vix aliquando speciosiores sunt purpuræ, quàm ubi doctis impallescunt paginis, vix sereniùs imperialia collucẽt Nomina, quam ad luminosam Cleanthis lucernam! vis? ut tibi dignitatem scientiæ depingã in murice? Quot adamas coronis, gẽma annulo, ebur solijs; quot inter planetas sol, inter ignes luna minores, inter metalla aurum? quot in hortis rosa; in pratis flos, in dumetis laurus; quot lumen tenebris, imber agris, tabula naufragis, quot inter nautica suffragia Pharos, inter saburram coralia, tot ratio tersior in Regia dignitate adstruit emolumenta. Sane fulgidi literarũ carbunculi, pulchrius, an utilius? quovis adamante in coronis emicant. Gemmæ cultioris svadæ omne sibi pretium orbis subarrhant, paginarum ebur, candidos & felices imperijs designat dies. Ad radiosam Apollinis frontem, quis non sẽ-

re-

reniſſimus, quẽ ideo Græca ſagacitas ſolem vocat quod literis omne purpurata ſidera debent lumen? Ad noctium Atticarũ illuſtres lychnos, quæ tam umbratilis gloria, ut non illuſtretur? ad aureũ Minervæ imbrem, quæ in meſſem felicitatum non exuberent regna? Certè ſuadæ vernantis roſæ, caput coronati merentur Perſei, non calcaneum; eloquẽtiæ flores in ſerta regijs mentibus adoleſcunt, Parnaſſia laurus victrices condecorat laureas. Brevibus dicam, felix omnino imperium, ubi ratio pro gẽmis Principes adorant tænias.

12ma.

Gratulatio Duci Exercitus, facta per hyperbolen continuatam.

ASſertæ baſilica inter Poloni orbis decora, victrici tuæ ex domitorum hoſtium jugulis palmæ, integros ſecũ noſterCytheron laurearum lucos in adorationem proſternit. Sed, quæ tot Hæmonidum ſariſſarum oppreſſit nemora, tot manipulares comminuit acervos, centũ implevit acies, abſq; gravi onere Parnaſſijs etiam collibus ſucollari non poterit. Ingemuit oriens ſub inſupportabil; im-

imperatricis tuæ clavæ & ferri pondere, quem ne deleres toties, uno prælio fermè deleviſti, extinxiſti in primo fomite, ne toties in ſarmatico exardeſceret ſeptemtrione. Imò priuſquam è vagina bellatorem traxiſſes enſem, jam audaces hoſtium ſuperbiæ detraxiſti criſtas; priuſquam intentares ictum, tot imperiorum præcidiſti cervicem. Te ad Boryſthenem commorante, cædebatur Rhodope; glaciabatur Thrax Boſphorus metu, cum Tyram Aquilis victricibus luſtraret. Te vix caſtra movente, emovebatur Aſia ultra fines orbis. Docuiſti pigra uliginoſæ Mæotidis ſtagna, agiliori decurrere lympha, dum barbariem toties in fugam egiſti. Attriviſſet hic Antæus labor Herculem, tuæ fortitudini lud9 eſt. Quo igitur Patriam? quo nos obruis ſolatiorum archipelago? qui bellicoſæ frontis tuæ ſudore, tam facilè metuenda Ortûs ſuffocas incendia, quàm difficilè foret alijs eadem inſpicere. Nos certè Aſiæ manubias, obæratæ Tuis victorijs Eloquentiæ munere compenſaturi, breve hoc animorum deponimus homagium, ut laurus, & æternos honores

per-

perpetuo tibi vere comat, obstrictus æther. 13tia.

Gratulatio status Spiritualis cuidã per Ironiã.

HAbent quod sibi Divinæ gratulentur Aræ, qui novam in te post veterum holocaustomata, præsentas victimã. Meliori hostia, nec ipsa Agenoris armenta excelluerunt; aurea Diogenis pecus Jovi non magis sapuit. Certabis, inter sacra Cleri ministeria usq; ad sangvinem, quem tibi credo, sæpius in vultum conscius mentis evocabit rubor. Eâ semper dignus laureâ, qua nobiles coronantur victimæ; Indolis fermè excitatissimæ, si inter caules & caulas semper comparẽdum esset. Melius curæ animarum consuli non poterat, quàm si à te non curarentur. Optimum in Ecclesia merereris beneficium, si omni beneficio careres. Quid? oleum, & operam perdidit, qui tam egregium Athletam sacris unxit; nisi forsan ideo unctum te astra voluêre, ut citiùs vitæ curriculo evehereris, ne diu ararum pudor superstis, ut igitur optimè vivas, vive brevissime, hoc unicũ exoptamus.

14ta.

14ta.

Per Definitiones.

Inter privatos Scholaſticæ diſciplinæ parietes, publicæ luci educantur ingenia.

DOſtoyna cnota, rowna ſię ze ſłońcē.
Ktory za wſchodnim pierwey ſię Edońcem. (tách,
Kryie, y pławi gdźieś w głębokich nur-
Niż ſię żeglárſkich pokaże ná burtách.
Albo wſpániałe przyobleką Sfery,
Iáſnych promieni złoćiſte ſzpalery.
Tym oná trybem pod Attyckie ćienie,
Ná potym zgodne Páńſtwom świátłá żenie.
Jákoż ukryte ná czás krotki chwały,
Łátwo ponoſzą, naywiękſze upały.
Y beſpieczniey ſię w Cnot łáduią páki,
Gdy wytrzymuią, prac ćiężkich áttáki
Ma ten dánk Umbrá Minerwy, że Męże,
Wnęt z świateł zácnych doſtoynośćią, zprzęże.
Nie długo płonne błyſkáwice świecą, (cą
Że ſię rwą ná świát, wprzod niźli zánie-
Siew liter drobny, niż ſię w wieniec koli,
W Attyckiey długo ma ſię chować roli.
Y lubo w ſzczypior, álbo kwiát co wznidźie,

Ná

Ná blaſku ſłońcá w deſpekt świátá idźie
Bo wnet zápali niedoyrzałe żniwo.
Ktore z pod ſkiby pnie ſię nie leniwo.
Skorzeyſzá Ceres prędko ſię okruſzy,
A kwiat zbyt ránny ládá upał ſuſzy.
Pieſzczone ſzczepy, ſą młodych lat ſtány,
Ktore gdy w kwiećie, y frukt nie przerwány.
Silić ſię máią, wprzod ſię geſtym liśćiem
Zewſząd umáią, áby gdźie przed źi--
śćiem.
Doyrzáłey pory, trzezwiąc ſię ſtrumiēmi
Kwiát niezáſuſzył ſpálony promieńmi.
Ten ſię z pleczyſtym páſſuie Centaurem,
Kto czás niemáły ſkronie chłodźi, laurē
Cáłemi złotá minerá Alpámi, (iámi;
Nákryta, w głębi ſkał twárdych ſię
Y nie w przod świeći wkrolewſkiey koro-
Aż potē zmoczy Mulciberá ſkronie, (nie
Gdy iey łákome ſzukáią ozkárdy,
Albo płázuie ná kuźni młot hárdy.
A coż dopiero iść nam grá ma o to,
W ſkále Párnáſkiey ktore rośnie złoto.
Kryie ſię z ſtádē po chwaſtách przepior-
Niż ſwe do lotu wyceluią piorká. (ká
Ná dnie gdźieś perłá leży Oceánu,
W przod niż ſię w foldze ſwemu uda Pá-
nu.

Y pierwey więźnię, w grubey ięczy kon-
ſze,
Niżeli naydźie coś nád morze ſłońſze.
Płeć delikátną wnet ſłońce opali,
Ná tey, y młodźieſz bywa częſto ſzáli.

SIDUS 3tium.

De diverſitate Styli Oratorij.

Quoniam ad lucubrationes amplioris ſvadæ progredimur ex re fore æſtimo ſcire, quali in minoribus, quali in Majoribus ſtylo uti oporteat orationibus; unde moneo.

1mò.

QVatruplicem eſſe ſtylum Oratorium Tullianum, Laconicum, Senecianum, & Lipſianum: ſeu floridum, conciſum, Sententioſum, & eruditum. Tullianus ſeu floridus, figuris amplioribus, ornatu verborum ſolutiori, periodis longioribus abundat; Laconicus, membra & periodos breves, & ſæpe cõmaticas adhibet, Lipſianus variarũ ex Authoribus ſententiarũ, & fragmentorũ ſerie concatenata gaudet. Senecianus in ſenſus genericos, cum aliqua morali inſtructione excurrit.

2dò.

STylo florido ſeu Tulliano locus eſt in Ora-

tionibus Majoribus, Progymnasmatis, narrationibus. Laconicus, orationibus salutatorijs, gratulatorijs & alijs Civilis svadæ lucubrationibus, Elogijs, inscriptionibus, Epitaphijs idoneus. Seneciano in discursibus moralibus, monitorijs, in consultationibus, Epistolis patet area. Lipsiano in narrationibus, comicis lucubrationibus, sed perbellè in Epistolis Styli polonici utimur, quod hæ fragmenta Pöetarum, sensus authorum varios, ænigmata, multum ament.

3tiò.

NOn incomptè sparsim, in orationibus panegyricis præcipuè, misceri quatruplicē hunc stylum, ita, ut ubi occurrererit sensus genericus moralis, adhibeatur stylus Senecæ, ubi nárratorius laconicus & Lipsianus, ubi affectibus, invectione, descriptionibus insistit Orator, Tullij togata eloquentia, campū sibi vendicet.

4tò.

UT facilè quis ejusmodi stylum diversum combibat, operæ pretium erit, authores, unde styli diversitas derivatur, frequenter relegere, Ciceronē scilicet, Senecā, Lypsium, Atticas lucubrationes.

5tò.

IN Tulliana facundia, plus amplis dictionī-

nibus, figuris, periodis indulgendum, in Laconica & Seneciana exercitatione, sensibus magis quam verbis utimur; unde superflua adjectiva, Phrases prolixiores hinc arcentur, ipsis plerumq; substantivis & verbis res absolvitur. Ad exemplum offero certamen dictorum Authorum, pro sua cujusq; eloquentia.

LUCUBRATIO 1ma.

Tullius pro Styli amplitudine perorat.

NOn mea equidem Consularis purpuræ Majestas hæc est, aut Senatoriæ dignitatis amplitudo, quo minùs primiceria palmaris nostræ facundiæ authoritas, ut è Domo, & Curiâ Consulari, pro domo propria & facultate dicendi, è rostris, pro rostris è Latio, trabeatus Orator laureatorum fascium, & imperij arbiter perorem, quia tamen debito quodam parentis naturæ jussu, ad originis, famæ, nominis, ut ad ipsius vitæ defensionem, vinculo irresolubili adstringimur, aliquid mihi in ampla Procerum concione, ad judicium tot intentarum mentium & aurium, pro gloria floridioris eloquentiæ differendum est. Quousq; ego in imitabili fermè patientia, audac-

bus Laconum calamis, ut telis in agro meo Tulliano defossus, configar? nec concessa iniquis etiam manibus fruar quiete? Quousq; inter religiosa busta, acribus mordacium ejusmodi vesparum perpungar aculeis? in cineribus brevi Attico confodiar ense? verberer Stylo? nil purpuratos Manes, sua dignitas, nil Capitolini Jovis è propinquo reverentia, nil Romæ, orbis Dominæ Asylum, nil legitima sepulchrorum sanctitas, nil tot Cæsarum, imò & nostra, quæ protexêre Hesperiam, nos juvabunt trophæa? Quousq; calamos calamis, aculeos aculeis, enses ensibus, aciem aciei, signa signis in vindictam Majestatis Tullianæ opponere differam? sed sileam ego; vasta ingeniorum amplitudo pro me non decertabit? instructas periodorum phalanges in arenam paginarū non deducet facundia? si gygantææ membrorū proceritatem, in pumilas Atticæ brevitatis sectiones non armabit Latinum? lunata cōmatū, non acuet cornua? At verò quis vertiginosa ejusmodi capita è Delphico tripode afflavit furor? ut è vestigijs in fastigia, ex apicibus in apices, è terris in sy-

ſydera, è ſyderibus in Eliſios campos, uno quaſi ſaltu, prætermiſsâ planioris eloquentiæ viâ, involent? Apertiùs rem indigitabo; quæ amentia Iſthmo brevi, vaſtam Marathon, Tyberi Adriâ, Ithacæ Græciam, agro Attico orbis univerſi magnitudinem includere velle? id eſt, ſenſus Auguſtorum imperio vix capiendos, arctiori periodorũ mancipare compede, amplam ſtudioſarum mentium vaſtitatẽ, brevioribus compingere ergaſtulis, nucleum eloquentiæ, qui in fertilẽ exuberare debuerat ſylvam, ſtricto tenere putamine, capacioris ripæ Oratorum flumina, in tenuem cogere rivum, latepatentes facundiæ campos, intra minores agere ſepes, me Tullium, in gleba Attica fodere, ſpecies quædam inſaniæ eſt, cui ille tantum manus dederit, qui conſulari togæ breve ſagum, enſi acum, Ioni muſcam, Æthnæ focum, Olympo talparum ageres comparabit. Libant ejuſmodi infaſcinatæ apes in floribus eloquentiæ nectar, non bibunt; mento poma natantia trudunt, non edunt Tantali; ſcaphis minoribus aſſiliunt, non frãgunt navigio fluctus Palinuri. Neſcis

perdite Lacon, quam ſit tibi curta ſupellex, penes tot Romanæ Curiæ opulentias, quam anguſto ſtringeris limite, ad Latinæ Palladis latifundia, quam paupere dehoneſtaris manticâ, ad auguſta phaleratæ dictionis laticlavia. Quid trũcata tua periodus magni agere? quâ aures gratiâ? quâ mentem amænitate, quâ animum ſtyli fœcunditate recreare poteſt? quid in aulis Principum, quid in Curijs, quid in Senatu, quid in equeſtri circo, quid è roſtris, quid è pulpitis ad oblectamentum cujuſq; moliri, & proferre conabitur? Num tua illa, acu Palladis ſubtiliora, acumina, procerum non aſpernabitur majeſtas? num perpetua extaſi ad ſublimes defixa ſenſus, tecum per ideas ſagaciſſimo vix comprehendẽdas ingenio, rapietur? è colle in collem, ex imo ad ſumma, levitate trabeis incognita, cum volucri tuo oberrabit argutiarum aucupio? num publicis diſtẽta negotijs, prima quævis Reipublicæ capita, in tuam ibunt inexplicatorũ ſenſuum vertiginem? Quæ limites regnorũ armis prorogant, tuis coercebuntur repagulis, perplexo captivabuntur eloquio

im-

imperia? abſit ſanè. Natalem Palladi agrũ Atticum aſſeres? at noſtri benè quo Æneæ fatigio illata eſt Romæ, qua pietate incendio Trojæ erepta, quo ſcelere è Græcis impugnata, ut jam vel inde Atticæ ſvadæ inimicã ſcias, quæ ideo Capitolium occupavit, ut Tullianæ eloquẽtiæ imperium toti impoſuiſſet orbi.

2da.

Lacon pro Attica brevitate Styli.

ARma priùs, an calamum ſtringam? neſcio, lædi ſentio. Itane Latio nec dũ Græcia formidabilis? Ænea, caput Latij, conſule; per tot æquora, terrâ jactatus & alto Doridem fugit. Septicolli ſuperbiæ, minor Athos eſt impar? Ignoras forſan Cicero, campos Atticæ ferreâ armorum meſſe Cadmo eviruiſſe? ſunt nobis manus in dicacem Conſulis lingvã. Verborum parci ſumus, non verberum. An farragines peridiorũ, phalanges laconicas exæquabunt, ſed è pari nobis ferri, ac facũdiæ vectigalis gloria eſt. Quãvis ut ſangvinis noſtri, ita ſepiæ tenaces, prodigi ſumus in alienas clades Victores, ſubtili Myrmecidis quadrigâ, pro grandibus Pori elephantis Capitolium glotiæ

accendamus; brevi compendio res maximas auditori offerimus, ne longa expectatione, avidæ finis & nuclei excrucientur aures; Certè schinotenicis funibus strangulatur omnis in concione attentio, utinam & ipsi Ciceronis asseclæ. Inflatum Pneuma latera oratorum, velut navigiorum Carbata distendens, ad scopulos indignationis & tædiorũ impingit. Quid? effusa ingenia, ut flumina, citò arescunt, ubi latiùs extra alveum vagantur; angustius fretum ideoq; profundius semper undis abundat. Vis verũ fatear? fertilis sensuum, & acuminũ copia, caristiam verborum generat. Profunda ingenia, ut Oceanus, nunquá exundant, parvi torrentes, quibus omnis gloria est obstrepere lapidibus, sæpè ultra ripas exspatiantur. Non est optimus ille orator, qui effusus; sensuum & rei inopiam picturatâ laxioris eloqventiæ chlamyde nvestit. Nervus amplâ corporis compage, ut fortior ita felicior; quidni & nervosa oratio? altiùs exiguâ plumbi glande, quam longiori sarissâ, in corpora armatorum hostium deferimur, prosperiùs exili sed acutâ periodo, quàm infarcitã

citâ ideoq; langvidâ ſchinotene animos ferimus. Quanta eſt?

- - *Puppim retinens, Euro tẽdẽnte rudẽtes.*
In medijs Echeneis aquis? - - - -

OBluctantia vela, brevibus pinnis, remos, tenaci ſquammâ, captivat, quod grandior cetus, niſi evertat, non præſtaret. Quantæ molis Tyrius murex? & auguſtas Principum offundit, ac appretiat purpuras? Quid ſi illa redirent ſæcula, ubi tenues accentus, modicæ planetarum effigies, integras ſuppleverunt periodos? & verò, cur laborantes ſuâ magnitudine in paginam deducamus montes, ut exilem aurei alicuiꝰ ſenſus enodemus venam? ſi ipſam auri venam, abſq; ejusmodi onerosâ montium ſtrue propalare poſſumus? Molem augent, non pretiũ exereſcentes in immenſum pneumaticæ; cur tumidos ſeptem oſtijs propinemus Gangis vortices, ut gemmas eloquentiæ piſcemur, ſi extra vadum & fluctus, gemmas proferre liceat? Offundimur copiâ phaleratæ dictionis, & vix minores eruditionis auratas inde exportamus. Fateor quod raptam Ilio, Latio intulit Palladem Æneas, ſed hinc infero,

invitam Látio detineri, quia raptam; in Atticam ultrò ſtatim ex Jovis cerebro fluxit, unde aurea natalis ſui pluvia fertilem aureorum ſenſuum reddidit Laconum glebam. Imò meminerit Troijus hic galeatæ Virginis raptor, quas Styli Attici expectat pœnas! Quamvis & ipſa Pallas ſuâ ſe vindicat haſta. An verò Latiale imperium Attica hæc occupavit Dea, ut jugum Tullio impoſuiſſet? Imò ſit Pallas Jovi Capitolino contubernalis Patri filia, at illa ipſa acu pingere novit, quæ fortis cuſpide armatur. Telam igitur laxæ orationis Tarpejo in ſindonem concinnat Jovi, pro Græcia ut brevi ægide ita haſtato acumine decertat. Gaudeant pendentibus langvido in terras fluxu laticlavijs Tullianæ exedræ, Lacones breve ſagum decuit ſemper. Emenda errorem lingua! Latiùs noſtra Attica Tullio dixit, quia latiùs orbi imperavit.

3tia.

Seneca pro ſuo Stylo.

EXitialem mihi Romam, crudelis Nero, ſuſpectam de fide Atticam varius Themiſtocles fecit, ut nec Tullianæ amplitudini, nec Laconicæ brevitati ſubſcri-

scribam; me sequor, ne ducibus lauream debere videar. Imbecillioris est genij, aliena tantùm premere vestigia, & non sua alijs offerre premenda; trivio quæsitæ Heroibus gloriæ insistere, & non sectis hinc inde difficultatum salicibus, novum perennaturæ laudis aperire iter. Annibalem, Romanus licet, amo, qui neglectâ Appiâ, per Alpes in Capitoliũ viam quæsivit. Brutæ indoles, & rustica pecora, id commune habent, ut noti, sibi, & detritis in stabulum semitis, duce insigni tauro, decurrant, nec quâ eundu est, sed quà itur, accelerent, nos pecudum consortio Civilis Respublica exemit, ut hunc, qui rectus est, non quem sæcularis consvetudo explanavit, sequamur tramitem. Nec laxæ tamen Consularis Tulli togæ, nec succincti Laconis amiculo obtrectaverim, quorum egregij nisus, æmulos, non ofores merentur; manuductores tamen in palmare eloquẽtiæ stadium habere noluerim, quo me ipsa deducit ratio. Placet longo aditu, placet compendioso saltu fanum Palladis intrasse; ut flores fusioris, ita nervos brevioris Styli, non absq; palma judicaverim,

rim, sed mihi præter Oratorios fontes; alia est scaturigo moralis eloquentiæ. Ita campos Rhetoricos, colo, ut curriculo vitæ humanæ pulverem Olympicum mortalitatis collegisse velim. Acumini Laconico aculeos, floribus Tullii, absynthia, sensibus profundis sententias admisceo; id est, morum rationi, non orationi deservio. Ideoq; cedo suas Consulari Oratori cathedras, cedo Atticæ lusus, & argutias, quem matura Procerum dignitas, quem trabeatæ curules, quem sigilla Principum expectent, ut senatûs consulta, voces Optimatum publicas, ut literas, & instrumenta Regiæ liberalitatis, vel conficiam, vel maturem. Si verò pro laurea cum Cicerone agam dignius, quia è subsellijs, non è rostris, si cum Lacone, nervosius, quia in animis, & moribus, non in auribus tantum & mentibus, nostra dicendi, aut scribendi exercetur facultas.

4ta.

Mercurius componit litem Stylo Lipsij.

REes voto cessêre meo. Nil mihi potuit contigisse gratius,
Quam movet doctis, ubi, bella stois æmula Virtus.

In

In præceps dejectis mentibus, finibus est jacuisse; Consul ait, sublimi sultos generosæ laudis honore,

Quæ propè stat superos, hæc nisi meta juvat.

Quisquamne summæ culmine gloriæ,
Possit librari dignius? involans.
Pálmis Atlanteos recessus,
Vt studium Latialis Aulæ?

Hinc Venusius:

Quot si me Lyricis vatibus inseris
Sublimi feriam sidera vertice.

Quare, ut, *Musis primus honor*, sic *prima est in sidera virtus*

Quam fervida æmulationum studiosis mentibus obtulerit arena. Gaudeo, Quod Senecam, Tullium, - - -

Laconem, *docili commissimus iræ*. Ita maturas etiam indoles, & purpurata Nomina,

Curriculo pulverem olympicum
Collegisse iuvat - - - -

Quæ debitæ æstimationis, accendit fervor,

- - - Palmaq; nobilis,
Terrarum Dominos evehit ad Deos.

LAudo Tullium, quia Capitolino Jovi te-

tenor, de Jove ſatus, quamvis Enodio, Tulliano, ferrum adictis nuncupetur. Laconi ſemper.

\- - - Cylenius adſtitit ālcs,
Somniferam quatiens virgam, tectuſq;
Galero.

Cui Cyllenen Patriam, Majam genitricem debeo,
Senecæ majeſtate moveor, qui gravior Neroni ſenſibus
Quàm ipſi Nereo decretis, fuerat.
Æquali mihi jure venit, ſeu Roma triumphet,
Seu niteat ſertis Attica Parma ſuis.
Diverſus eſt in omne faſtigium trames, ſed unum omnibus petitur faſtigium, cum Seneca decido.

SIDUS 4tum.

De Amplificatione Minori ſeu per argumentationes.

LUCUBRATIO Ima.

Per Continuatam propoſitionem ſeu per Allegoriam contituatam.

A Subſtantivo, dices Ducem
Exercituum, eſſe Animam.

Rei-

Reipublicæ, unde ſic per Continuatam allegoriam ſalutabitur.

AD auguſtum præſentiæ tuæ, & victricis Clavæ ſerenum, novam, & hanc ipſam palmarem ordimur vitã, *Dux Illme.* Reddidiſti vitales, exanimatæ ad tot caſtrorum pericula Palladi Spiritus, cum te, Animam Reipublicæ, imò, & noſtrã, pectoribus, non oculis tantum ſvavi benevolentiæ ſpiraculo ingeſſiſti. Adeoq; extra Aſſiriam, feliciorem aperis Orbi Polono voluptatis paradyſum, ubi trabeatum numen vigoroſo adventûs tui nos afflas ſplendore, cui tot populorum & armorum inſigne corpus omnem publicæ ſpei debet vitalitatem. Ferax heroicorum Spirituum imperatrix tua Clava, quaſcunq; præſenti lumine recreaverit mentes, novo in ſolatiorum gloriã animat vigore, qvæ ipſis tantum hoſtibꝰ, animam in exitia projectam, metu expreſſiſſe gaudet. Aureus hic ramus, fabulosâ Mercurij virgâ potior, centoculum Orientis Argum æterna nocte funerum, vigiles Barbarorum excubias, gravi mortis ſopore, at exanimes etiam Civium animos paratioris vitæ beatidudi-

ne, nos ſalutaris lætitiæ cumulat congerie. Scilicet Dominatrici Clavæ tuæ idẽ in Manes, & vitam, jus eſt: adimis faſtuoſos hoſtibus Spiritus, formidine malorum expreſſos reſtituis militiæ. Quoties Geticus tot ſuarum Urbiũ & caſtrorum detexit ortus funera? quot exangves acervos, direpta ſigna, proſtrata mænia! quot trophæa, quot victorias, quot triumphos tua animatos fortitudine, non ſine crueto aſpexit rubore? Quidni ad tot hoſtium mortes, novam nobis in tuo Adventu inſpiraveris vitam? dimidium animæ Horatius debeat Mecœnati, nos quia indiviſibilem cum Ariſtotele profitemur, integram à te, & in te recipimus, ideoq; & tibi in æterna obſequia vivemus, quem Unicam Reipublicæ, & caſtrorum veneramur Animam.

2da.

Ab Adjectivo quantæ rei, dices, Ducem eſſe decus maximum Regni, per continuatam propoſitionem.

Salutatio ejuſdem.

AD menſurã magnitudinis gloriæ tuæ, noſtra, pumilæ alias acceptionis in tui adventûs venerationem excreſcunt ſo-

ſolatia. *Dux Illme.* Habent hoc commune, illuſtres maximorum ſiderum ortus, ut ingentes minoribus etiam clivis adſtruant umbras. Pygmæa Atticæ Palladis tenuitas, in Giganteã Geryonis aſſurgit molem, vix illam clementi ſuo, Purpurati ſoles, afflaverint radio, qui omne dignitatum deſpexêre faſtigium. At quãto conatu noſtra in altum eniti deberet lætities? ut porrectum inter auguſta Reipublicæ Phænomena Tuæ dignitatis culmen attingere valeat? qui ultra lacertoſi Atlantis proceram cervicem, eminentiori Virtutum attolleris ſuggeſtu, ut dignius Siculo Atlante, Cœlum Patrium ſuccolles. Vidit te centimano Gyge fortiorem, armatus ferro Turceus Orion, tricorpore Briareo valentiorem bellax Aquilo, Encelado ſuperiorem Trax Hæmus, cum Martialem ceſpitem victricibus laureis, hoſtilem glebam innumeris funeribus, Patrium orbem mille trophæis repleres. Adeoq; nil de Te tam eminẽs, nil tam grande, nil triumphale adeò dicere poſſumus, quod hyperbolen aliquã, & non verius juſtæ laudis tuæ gloriam ſaperet. Magni Alexandri victorias im-

plés Maximus, maximum Fabiorum nomen reddis optimum, Herculeum robur præstas fortissimus, cujus magnitudinẽ, & clavæ imperium, nulli limites, nedũ Macedonia capere auderet. Tantus nobis advenisti, *Dux Illme*, ut necdũ summa gestientis lætitiæ argumenta nostris ingereres pectoribus? Crescere videtur omnis terrarum amplitudo, non hoc tãtùm exile Palladis stadium, quod triũphali tuo calcas vestigio. Unde etsi diminutus capite ad calcaneum tuum provolvitur Mercurius, quia necdum Civili satis idoneus activitati, grande tamen tibi deponere nititur eloquentiæ vectigal, ut maximæ dignitatis Duci, non inferiori applaudat conamine.

3tia.

Ab Adjectivo qualis rei dices, Florentissimũ Ducem amænitate præsentiæ suæ oblectare oculos universi per continuatam propositionẽ.

NOvam præsenti honoris, & vultûs tui amænitate, errabundis inter conspicuos adventûs tui splendores pupillis induxisti Florentiam. *Dux Illme*. Nulla certè Pæstana fœcunditas eo rosarũ triumphat purpurisso, ut florentissimæ dignitatis

gnitatis tuæ purpura, noſtros in contẽplationem tui abripit oculos. Præſtantius objectum intellectui humano, non potentiæ tantum viſivæ, Ariſtotelis præſcribere non poterant Cathegoriæ. Exhauris adæquatâ gloriæ vaſtitate, omnem ſenſuum aviditatem, ubi te in luminoſæ virtutis tuæ ſplendore ſcopum univerſo objicis. Quidni verò illa exporrectæ in clementiam frontis voluptas, ut noſtros, ita orbis oblectet animos? quæ ſuavi quoties Charitum vernavit honore, viſa ſibi quævis aula nitere magis. Decolorata barbarico cruore flumina, te bellatore inveſtiti virentibus laureis Daciæ campi, te auſpice, exuberans in ſerta victricia Martialis ceſpes, te Duce effrondeſcens in denſos palmarum lucos omnis acies, te victore nondum admiratori oculo gratum exhibebunt ſpectaculum? Habent in te perennem, rectègeſtorum virorem regnatrices pupillæ quo recreentur; habent caſtrenſium aquilarum obtutus ſudum, gloriæ meridiem, ad quẽ exerceantur; habent purpurata lumina ſuam non coloratæ virtutis amænitatem, qua detineantur. Colorem enim alium

non pateris, niſi quem ab hoſtili ſangvine traxiſti. Quo igitur te nobis præſentas oblectamento, *Dux Illme*, qui tot mũdi oculos in tuæ magnitudinis objectum avertiſti? Et licet Atticam Palladem colimus, Atticas tamen hinc arcemus noctuas; tantum ſidus Aquilas meretur, nõ atrioris notæ volucres; ut ſcias ſarmaticæ Aquilæ pullos, bellatricibus tuis Aquilis devoveri.

4ta.

Per Sympathicam connotationem dicet: Ducem eſſe Patrem Patriæ.

WYrażić ſercu, nie tylko ięzykowi trudno, iák weſołym luſtrem, *quo nectare ſolatiorum* uymuie nas, y ſtęſknione, pod ten czás áffekty náſze ſzczęśliwy *in propria reditus* W. M. M. Páná, *Patris Patriæ* J. W. Dobrodźieiu. Ták záwſze *adventus Domini* bez oſobliwey pociechy być nie może, bo nieomylną prowádźi w komitywie *ſalutem populorũ*. A coż dopiero, kiedy przytym ieſzcze *dulce decus Patris teneros irritat amores?* kiedy Oycowſkie około nas, *in tutelã Reipublicæ*, widźiemy pielęgnowánie? iákie tu ſpływáią *torrentes voluptatis* ná

oſchłe

oſchłe długim prágnieniem ſercá náſze? Wiádomo dobrze nietylko Sármáckim leżom, ále też *ad ultimam Thulen, & Bactra* położonym národom, iák pieſzczono przy Hetmáńſkiey buławie fortuny Oyczyſte, *bellum & pacem*, doſtoyność Rycerſtwá, y Máieſtátu *ſinu eodem* piáſtuieſz, iáko obozowe niewczáſy, publiczne ádreſſy nieprzełománe *in rem* dobrá poſpolitego prace *Paternâ ſollicitudine* rad ponoſiſz, *quo belli ſtudio Rhodopeja prælia tentas*, ábyś tylko domowego ſzczęśćia, cáłośći praw, y złotych wolnośći *pignus optimum* iák nayzácniey *in uſum Patriæ* wychował, przez co wieczne Imię *Patris Patriæ* u Swiátá Polſkiego, *meritorum non favoris ſuffragio* powinne W. M. M. Pan odbieraſz, my w ſámym ſkutku Oycowſką Iego łáſkáwość ponośimy. Więcey to zdami ſię czyni, ták wielu Rycerſtwá liczney Koronie, *tot Provinciarum civibus*, ták wſpaniáłey Rzeczypoſpolitey ſynom *commune Patris nomen*, niezłománą dźielnośćią, bezſennym ſtárániem, nieuſtánną pracą, *partiri*, ániżeli *Priamo Hectoris, Pellæo Achillis*, piſáć ſię Oycem, wczym W. M. M. Pan

uni-

universali gloriâ támtych celuieſz, bo *quæ diviſa beatos efficiũt* ſam *collecta tenes*. Więc że *commune bonum* przy ſzczęśliwym Iego przybyćiu iáko *Patris Patriæ*, odbieramy, *communi ſolatio offundimur*, pod ſtopy W. M. M. Páná náſze ścieląc obligácye.

5ta.

A verbo activo dices, Ducem qui toties domuit hoſtes, domitorem eſſe animorum, per continuatam propoſitionem.

GŁośnemu *ad Tanaim, & Iſtrum* Zwyćięzcy, hołdowniczey wenerácyi *ſerta*, pod zwyćięſkie ſtopy *in ominoſſimo acceſſu* prezencyi Iego ścielemy, J. W. D. Animuie nas do tego *tot laudum titulis, nullâ formidine victos*, wrodzona W. M. M. Páná przećiwko záwoiowánym nieprzyiaćiołom klemencya; y lubo nas ſobie, *Majeſtas* walecznego Imienia podbiia, ále táż ſámá *parcere ſubjectis* umie, iákoż tá ieſt *vis inaperta ſagi*, y wielowładney buláwy, że nátárczywe Nieprzyiaćielſkie gromy, polorownego buſatu *fulgure* przeraża, życzliwe záś áffekty *fulgore perenni* Páńſkiey łáſkáwośći uwelela. Y nie ták to ieſt wſpániały tryumf, de-

ptáć

ptáć *captivas Regum cervices* zwyćięſką nogą, álbo *viâ Appiâ*, nie bez ziádłych żądeł piąc ſię *in Capitolium*, iáko widźieć dobrowolnie nágięte *in arcum triumphalem* życzliwe kárki, álbo *viâ Aureliâ* złotych przyiáźni *pectoris arcem* obeymáć. *Quàm Tanais, potior chari victoria Civis, quem ſolus debellat amor.* Prym bierze W. M.M. Páná ſłáwy nieśmiertelney klawá *in hac arena* zwoiowánych áffektow, ktoremu do ták wielu záſzczepionych nád Dnieſtrem, Prutem, y Dunáiem laurow, *ad palmas & adoreas*, łączymy *Civicas coronas*, á tym rozrządna Iego Bellona owo *Cæſarianum* przypiſuie, *ex utroq; Cæſar.* Przećież táż ſámá *dominatrix virga*, ktora często płazuie *Erythræum* płynącey *ex jugulis hoſtium* poſoki, nam *mel de petra propinat*, oſobliwey klemencyi, kiedy zá ſzczęśliwym W. M.M. Páná *ex theatro Martis* powrotem *nectare lætitiæ* nas kontentuie, że tego, *quem metuunt Parthi, trepidat glacialis Araxes*, ktory zuchwałą nieraz płáſzał *ad Mæotidem* Taurykę, łáſkáwego *animorum victorem* powitać, y do nog Iego *in hecatomben votorum* upáść możemy.

6ta.

6ta.

A verbo Passivo, dices, salutandus est Dux hospes, quia infractus armis, vincitur amoribus.

PRzy niezłomney *armorum fulminibus*, szeroko pánuiącey W. M. M. Páná buláwie, zá wygráną mieć sobie *in arena solatiorum* będźiemy, kiedy nam plácu *inter Regni negotia*, do wyświádczenia nászych zyczliwośći ustąpić ráczysz, J. W. D. Nie iest to bynaymniey Páńskiey łáskáwośći *inglorium*, po wielu zwyćięstw y tryumfach, z niewolonym być uprzeymym áffektem, *post tot orbis trophæa, Herculem vinci amoribus*, y owszem coś ozdobnieyszego z tąd biorą *victrices adoreæ*, kiedy bez żádnego wstrętu *adorari* mogą, wszákże bárdźiey iedno Rzymskie *salve* pámiętnego *ut oleâ pacis, ita lauru Actiacâ* Augustá do pozwolenia wolnośći *ex desiderio populi* nákłoniło, ániżeli *tributarium*, y bogáte donátywy? bo iáko pierwsze Luminarze Niebá, tym lepiey niskie ogrzewáią *planities*, im więcey ich *radius refringitur* od ziemi; ták *purpurata sidera*, w poddánych sercách *tutius regnant, cum pronius serviunt*, ich áffektom, y osobliwą wzniecą się *ex hoc fomite*

mite do kochánia Pánow swoich ochotą, kiedy *spolio Clementiæ* cieszyć się mogą; iákoż, *amant & Regum pectora vinci.* Známy y my dobrze co zá zdolne *imperatricis clavæ* W. M. M. Páná śiły, żadnym nie są nákłonione *bellorum machinæ* ciężarem, *si fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinæ*, ále otuchę nam czyni iego łáskáwość, że pozwoliśz, *vinci amoribus*, y ktoremu *vincula fert oriens & sub juga barbarus Ister*, sam *stringi compede amplexuiż* zechceśz, y leżące *ad Palmare calcaneum* koło náśze, *in obsidionalẽ coronã* przyimieśz.

7ma.

Salutatio Illustrissimi Episcopi Chełmensis. Sol in auge perfectionis, Iupiter Stator, Antistes ad Aras, ex circũstantia loci, per Dilẽma.

STatorem Jovem in vigilantissimo Antistite, an purpuratum in auge perfectionis in luminosissimo Magnate venerari debeamus, præsentiæ tuæ percellens animos ortus mentem indubium evocat. *Illustrissime Antistes.* Sed novimus ut Numinum, ita luminum gloriæ, capaciorẽ Tuam esse indolem; æquè vindicem in scelera obarmas severo fulmine manum, ac gravis supercilij nube, placidum fron-

tis obducis meridiem, tenebrionibus; æquè Divinum non obviæ manſvetudinis nectar probis mentibus propinas, ac non impari ſideribus gratiarum æſtu, ſpes populi in viridi maturas. Quoties aureo imbre Sanctior Jupiter in mapalia miſerorum, ut aras Cœlitum depluis? ut innocentes Perſeos in ſtygiam Gorgonẽ producas? Quoties eminentem virtutũ augem occupas trabeatus Titan? ut atrã erebi noctem, aut limites, aut prorſus elimines? Nec minor Tibi à maximis Aboriginibus ſplendor accedit. Etſi Saturno, ipſe clementiæ Pater, nihil debeas, extra tamen aurea Saturni tempora, auream gloriæ meſſem & legis in proſapia, & reddis. Hyperionis invidiâ è gremio trabeatorum ſiderum Infulatum ſidus, è matre luminum publicæ lucis filius deſcendis. Quidni te Jovem ſtatorem ad aras extra Capitolium, Coronatum ſolẽ in auge Tyaræ profiteamur? qui tot terreſtris ſubſellij Deos, tot radioſa probitatis ſidera exemplari Tua virtute Eccleſiæ diſtribuis? Certè noſtra Palladia Rhodus vocales Tibi ſemper in venerationẽ adſtruet coloſſos, ſed ore, non ære aureus

reus canêris Titan. Apollinea Delus, pro Dicte, Coribanticis gratiorem classicis, suo Jovi pulsabit chelym, cujus optato recreata adventu, grande tibi exsolvit holocaustum.

8va.

Ex circumstantia loci, dices: Sub astro Chelmensis Helices, optimè laudibus Mysiæ velificatur. Nam Chelmæ stemma, cujus loci Episcopus, est Vrsa; ursa vero dicitur Helice, & est Stella maris. Per contituationem propositionis.

FElicibus Adventûs Tui impulsi Ethesijs; Joniũ venerationis & gloriæ Tuæ sub propitio sidere Chelmensis Helices tentamus. *Illustrissime Antistes.* Num aliquando meliùs immortali tuo velificare potuimus Honori? quàm ubi fluctivagas animat Parrhasis ursa rates. Nil sub hac Arcto sævæ pelagi hyemes proficiunt, cum svavi elementiæ & vultûs tui malaciâ, quisq; componitur imperiosior Nereus, ut ad incendiarium ardorẽ virtutum, gelidi quantumvis exardescunt Tritones. Certè nec Lædeja sidera, molli Jovis sui tepentia plumâ, nec diva potens Cypri motos decertante Africo fluctus,

ctus, natali ſua conchâ turbidam leniùs componeret Amphitriten, ut noſtræ Roſſidis jubar, maximè tuorum luminum innubi adjuvatur ſereno. Ita noſtra etiã Caliſto Te Jovem meruit amatorẽ. Credidimus hactenus minorem eſſe Urſam, utpote brevi terræ Chelmenſis arctatam ſpatio, ſed ad Tuæ Magnitudinis menſuram jam Major, pumilam quoq; Oratoriæ facultatis phaſellum, velut capaciorem Argo, in æquor tuarum laudum adjuvat. At quæ ſat ampla erit probitatis tuæ mercibus oneraria? quæ in exercendum venerationis profundum ſufficient remigia? cui indocilis noſtræ ratis, gubernium cedemus Typhi? Ipſa vix hic juvaret Helice, niſi Pontificalis Tuus Scipio in tenſas, aurea Crux in clavũ, purpura in velum ſe offerent. Aliam Infulatus Jupiter movere tempeſtatem ignoras, præter auream, quoties ad Palladios conceptus noſtros, tua te demittit benevolentia. Ideo extra naufragij periculum in æquore Tuarum laudum navigamus, cujus veſtigijs accidiſſe, eſt, omniũ proſperitatũ occupaſſe portum.

9na.

Ex circumstantia Temporis, dices: Adventu Domini, Procerum adventus illustrari, per propositi: continuatam.

UT Dominici Adventûs, ita Tui, nunquam solitaria, absq́, comitio prosperitatum, & lætitiæ accessio NN. Fæcundum in verbo æterno Cœli destillant rorem, tecum grandis luminum promanãs pluvia tenues nostros offundit conatus, utrinq́; optima gaudiorum adolescit seges. Quidni etiam rorent eruditæ sudoribus frontes, quando Cœli rorant, ut in debitum venerationis cultum, vobis, terrestria numina, eliquentur? Tali fluidarum grandine gemmarũ, stipari debuit unio hypostatica, tali tu coleris pretio, gemma coronarum. Fertili sanè gleba Attica in tuas laudes exuberat messe, cujus tenuem literarum semẽtem liberale irrigat cœlum. At verò in carne humana apparente DEO, nunquã nobis dignius comparuisti purpuratum sidus. Ortum solis Justitiæ, hæc præire debuerat muricis aurora. Præcursorem Domini te credimus, qui Adventum ejus Tuo præoccupasti; ideoq́; comite gratiâ

tiâ affulges, quam in nos largiori transfundas congiario. Quantis Palladiæ noctes hodie exardescunt luminibus, ubi non jam septem cereos ad aram tuæ benevolentiæ accendi cernimus, sed tot flammosas faces, quot illustria tua & Majorum facinora veneramur. Trabeati Proceres, magnorum splendorum Patriam secum ubiq; circumferunt, ut eo meliùs populares recreent obtutus, imò, ne extra aciem oculorum, pro salute populi dimicent. Ita Adventus tuus ut Domini, nunquam absq; novo siderum satellitio fuit. Quare obscurior licet sit nostra eloquentia à te omne lumẽ accipit, quod, ne ad solitas Academi umbras declinet, tuis cum vectigali homagio affigimus vestigijs.

10ma.

Ex circumstantia vestitûs, dices: Purpurea Procerũ, sunt ornamento Palladi galeatæ. Per Expositionem prædicati & subjecti.

AD purpuratũ Adventûs tui ortũ, novo galeata Pallas erubescentiæ amicitur murice. *NN.* Obtegere quidem eam vultûs purpurã capaci vellet casside sed vel cassidẽ suâ prodit tenuitate, nisi habitq;

hic

hic trabeatis Deam inſerat numinibus, cùm perinde ſit, ſuo quis, an alieno ſuffragio in faſtigium gloriæ enitatur. Certè ad Tuæ dignitatis erubuiſſe Majeſtatem, quoddam geſtientis lætitiâ animi, ornamentum eſt. Nec pulchrius, nutâs ſub bellatricibus criſtis Minervæ nitet galea, quàm ſub palmaribus victi, & devincti ingenij ſertis. Atro literariæ fuliginis obſcurata ſago, amat lumininoſo trabearum inveſtiri fulgore. Maximè verò ad eximia virtutum tuarum phænomena, ut & ad inſignes titulis Proſapiæ faſces, nobilior luminum illi excreſcit apparatus. Quodſi adverſo formoſior Iris, omnem debet colorem ſoli, & artificioſa ſpeculi cryſtallus alienos perinde, ac ſuos repræſentat vultus, cur & noſtra rudior licet Minerva, ad illuſtrem tuam præſentiam, ſpecioſo non induatur honore? ut eo digniùs tuis inſudet laudibus. Parces *NN.* quod in tantam tenuis eloquentia excreſcat audaciam, ut tuis inſeri non vereatur obtutibus, quæ ſuam à Tuo murice derivat gloriam. Sertis coronantur immortalibus anguſta Lycæorum limina, quæ ſub Tuo gemuerunt

an

an exultarunt vestigio. Gemitum ponderosus honor, lætitiam præsentiæ tuæ beatitudo illis exprimit; ideoq; ut semperTe hospite recreentur, semperTe hospite gravari exoptant.

11ma.

Gratulatio Natalis Domini per Allegoricam continuationẽ.

INnube, ut dierum, ita felicitatum hodie tibi deferimus Serenum, ubi incolã terræ pro Cœlo, adoramus Justitiæ solẽ. *NN.* Nihil hic infausta adversitarũ nubila, nihil nox atra mærorum intentare præsumet, postquam ex Astris serenior hic Planeta, suam ad nos transtulit Coloniam. Domesticâ luce, nec inquilinæ tolerantur tenebræ, sponso luminum copulata tellus, divortium omni mærorum umbræ indicit. Adeoq; vel ipse Ortus Infantis nostri solis, æstivum orbi, & Tibi accendit prosperitatum meridiẽ. Zodiacum Bethlehemi inter Taurũ & Virginem ingressus, floridâ spes mundi vernare jubet amænitate. Quis pulchro Phænicensium ambitu, ad fidereas ejusmodi Orientis non optet præcucurrisse cunas? non est, cur amplius ignem è Phæbeo cur-

ru

ru terris furetur Prometheus, ubi ipse Divinior Titan, civem mortalitatis agit. Venit tandem, venit, post multas una serena dies, quæ nostrorum affectuum tibi detegat candorem, Tuos felici sudo exornet annos, quando horoscopantem in gleba humanæ carnis accipimus solem. Hic certè ut absq; tristi fatorum vesperâ, longam incolumis vitæ tibi adaptabit lucem, ita ex voto nostro in augem sæcularium evehet dignitatum.

12ma.

In eadē materia, & per eundem Modum.

NIl hodie non magnum oratoria concipit tenuitas, ubi breves cunarum angustias, grandior implevit Divinus Gigas. *NN.* Laxantur in immensum acumina ingeniorum, Capite nullâ comprehensibili æternitate inter fascias arctato; distenduntur minores eloquentiæ campi, parvâ Betlehem, meliori Gigantonomachiæ Phlegræam referante aciem. Etiam hic Enceladus pro sua tellure dimicat, si Vati sacro credimus, *Veritas* æterna *de terra orta est.* Bethleemiticâ rupe, pro Pelio, & Ossa, armatus, extrema Cœlo minatur, ni mortalibus pateat de-

siderijs. Vel hinc ejus metire mágnitudinem, quòd Infans adhuc Cœlum alterâ, alterâ noſtrum orbem ſuſtentet manu. Tenellis, ideoq; oneri ejuſmodi immaturis jam Aſtra & ſalutem generis humani ſuccollat Atlas lacertis. Quid à puero Gigante non maximi expectemus? non exuit ſuam molem minori artuum indutus compage. In cunis *Exultavit ut Gigas ad currendam viam*. Undè, quod à ſua Iride ſoli oppoſita Comes quidam ſperabat, id feliciori eventu nobis accidit, ut à *magno maxima* excreſcat humana felicitas. Sanè nil non optimi ter optimus, nil non ſecundi, ſecundæ Perſonæ bajulus puſio, nil non maximi, ter maximus Tibi offeret, ad cujus magnitudinem noſtra quoq; auctior eloquentia, grandem Tuæ incolumitati & Avito Honori deponit, & victimat Hecatomben votorũ.

13tia.

In eadem materia, eodem modo.

INurbanitatis crimen id foret, agente, è cathedra Betlheemitici præſepis, Profeſſorem Deo Homine in civiles non effundi applauſus. *NN.* Supremæ claſſis hoc ſtudium, non infimos exigit conatq, ut

ut debitum venerationis & votorum exſolvat penſum. Humaniùs tamen dicere nec volumus, nec poſſumus, quàm ubi abbreviato intra humanos artus Verbo, inſolitam gratiarum praxim Tibi adſtruimus. Ligatam ſcias eloquentiam; quia infantilibus faſcijs involutam, ut nos in vinculo propenſionis Tuæ demonſtret. Aliter humaniora tractans Magiſter Puſio, docere neſcit, ni ligato ſtylo, ut obliget. Sanctiorẽ Parnaſſum, rupes Bethleemitica exhibet, agricolaris lyra, lyræ Apollinis præludit, Muſæum ſtabularia ſufficit cella, ut veram Humanitatis ſcholã hîc eſſe noveris. Quis etiam amuſæ indolis ſub tanto non proficeret præceptore? ſub quo auditores, brutæ animantes civiliùs agere brutis didicêre. Certè noſtra rudior aliàs Minerva, hic jam terſior, quia Deum ſapit; quæ dum promotionem in Palæſtra affectuum Tuo calculo quærit, obſidem, an vadem? Deum Tibi ſiſtit, Ita proficit in Humanitatis ſchola, qui humanatũ Verbũ, Profeſſorẽ meruit. Unica ex hoc æternæ veritatis Gymnaſio Pòëtica arcetur fictio, ut nihil ficti à noſtro expectes candore, quos veritatis Alumnos recepiſti.

14ta.

In eadem materia, eodem modo.

NUnquàm aliàs rectiùs dixisse potuimus, quàm ubi ad inviolabilem Verbi Incarnati rectitudinem, nova eloquẽtiæ patuit amussis. *NN.* Exlex plerumq; orationum fabrica, hîc jam suas patitur leges, postquam partus Divini intellectûs, brevioribus còércetur cunis. Non invidemus purpureum Ariadnæ filum, imò nec auream Dædalo regulam, quâ iste difficilis Labirynthi contorquet anfract9, illa emetitur, cùm prosperiùs, æterna Sapientia in filo instituarum argumentans, quosvis difficultatum resolvit nodos; & nascens in curam Fabri Verbum, cultiori facundiæ structuræ normam præscribit. Adeoq; dedolatus quantûvis fuerit Mercurij alicujus stipes, adhuc recti non meretur gloriã, nisi ad sanctiorem hanc Verbi æterni formetur amussim. Funes schinotenici, absq; funiculo immensæ Charitatis, non sunt ad regulam. Faber, non tam suæ, quam nostræ fortunæ Infans Deus, ut Palladio, ita omni dicendi artificio normam præbet. Quantâ igitur benevolẽtiâ nostros hodie susscipies applausus?

ſus ? qui nihil non recti, nihil non melioris notæ tibi afferimus, ut pote ad legẽ opificis aſtrorum Dei examinati. Nihil obliquæ ſortis, ad probam ejuſmodi amuſim expectaveris, quâ longam annorum ſeriem tibi dimetimur.

15ta.

In eadem materia, eodem modo.

NIe bez ceny, náſze dniá dźiśieyſzego *vota & applauſus*, ktore nieoſzácowáną, *in gemmis lachrymarum*, Nowo-Národzonego Infántá biorą ſtymę. *NN.* Tákiż, niewiękſzy, rozſądny Jubiler intellekt ludzki, owey przyznáwa perle ſzácunek, ktora ſię *in ſinu Oceani* chowa, iáko tey, co ſię, *in concha oculi* rodźi, ieżeli to práwdá, że *& lachrymæ pretio non caruêre ſuo*. Pewna tu otuchá domowey W. M.M. Páná Fortunie rośnie, że progi iego *freto cœli gratiarũ* ſpłyną, gdźie ſię ták zácny połow *gemmarum* znaydźie, bo te zwyczáynie iáko *æquoreæ fulgent nobile pignus aquæ*, ták zá ſobą ćiągną nieomylną *pelagi malatiam*. Lubo ten záſzczyt mieć może W.M.M. Páná *magni Sanguinis Erythræum*, gdźie ſam iáko *Gemma Procerũ* W.M.M. Pan przy doſtoyności Fortun,

y Honorow iáśnieieśz, y ták wiele Antenátow *ſerie Conſulari* liczyſz, gdźie *per faſces numerantur Avi*, ták wiele nieporownánego waloru *Clenodia Patriæ* prezentuieſz. Tá tylko *gemmeæ lachrymarum procellæ* w Betlehemſkich brzegách znáyduiące ſię, *& inter tot uniones* wſpániáłey Párenteli ma być *diſtinctio*, że te *per bellorum fulmina, tonante cœlo Patrio* gláns y ozdobę ſwoię biorą, támte záś *pacis tranquillitas, cum Principe pacis*, rodźi. A co większa, że chociaż poſpolite łzy piſzą ſię *filiæ mœroris*, te iednák *uberę lætitia ablactantur*, y dla tego nowym przykładem w ſzácunek pereś idą, ázeby iáko cáłemu świátu, ták y ſámemu W. M. M. Pánu *gẽmea ſæcula* ſpoſobiły; iákoż ieżeli *lachrymæ pondera vocis habent*, toć y dźiśieyſzego Národzonego Páná, przy náſzey ápprekácyi z tym ſię odzywáią, że zá kleynot długoletniego zdrowia, godnośći y ſzczęśćia W. M. M. Pánu będą.

16ta.

In eadem materia, eodem modo.

OTwárte *in domo Panis*, ná Betlehemſkiey nowinie złote, bo niebieſkie żniwo, *frugi optimæ* życzliwe áffekty náſze do

do weſołości y powinſzowánia pobudza *NN.* Figment to Poetycki, że ſię złotym kłoſem buyne popiſywáły obſzáry, kiedy *aureæ ſator ætatis Saturnus* kolebkę záległ, tu práwdźiwiey *in ortu æternæ veritatis* złotą źiemia zbiera kreſcencyą, ktora *in acervo gloriæ* W. M. M. Pánu depozytkuie. A ztąd nam záraz *fertilior laudum creſcere viſa ſeges*, przy oświádczeniu życzliwośći náſzych, ktorą *uberiori ſementi* łáſk W. M. M. Páná powinniśmy. Y lubo doſyć godne *in militaribus manipulis* W. M. M. Pan z polá Márſowego, zbieraſz żniwo; ſpráwiona Rycerſkim bułatem, nie Dyktátorſkim Fábryćyuſzá lemieſzem, *enſe, non Appulo ligone, bellorum arena*, doſyć zácnie w ſtogi tryumfálne wieńce ukłáda, kiedy zárzućiwſzy ſzeroko *ad Iſtrum & Tanaim* ſłáwy nieśmiertelney *ſemina, falcato trepidos Biſthonas enſe metis*, iednák niemnieyſzą y dźiś W. M. M. Pan zbieraſz *meſſem adorearum*, kiedy ná grunćie Betlehemſkim *Frumentum electorum* Wćielonego Boga wſchodźi, y iuż *in herba*, wielkich nádźiei honorow, zdrowia y fortun *maturitate* W. M. M. Pánu fruktyfikuie, do czego ia *ex voto* przydáię, *ut ſeras, Regna videns, mireris ariſtas.* 17.

17ma.

In eadem materia, eodem modo.

TRudno dźiś ſubtelne *in expreſſionẽ affectûs* nie máią gorowáć koncepty, kiedy *Aquila magnarum alarum* Boc Wćielony, *in nidò* Betlehemſkiey ſkáły oſiáda. *NN.* Ták wyſoko záwſze zmierza, kto ſię rad widźi *in augè* doſtoynych godnośći, y nie ták *alienum ſolem*, iáko domowe świátłá *luminoſiſſimi ſanguinis* ná cel oku świátá kłádźie. Iákoż y ten przybrany w złote pióra, herbowny korony Niebieſkiey Orzeł, *ſibi ſidera ſufficit ipſe*, ktoremi nie ták ſwoie, iáko naſze zrzenice páśie. Ieżeli kiedy, to dźiśieyſzego dniá *Illuſtratur Aquilis victricibus ortus* gdy do woiennych W. M. M. Páná Orłow, ktore *ſanguineas acies gyro meliore coronant*, łączy ſię *Regia Ales*, Niebieſkiey Monárchii, ſzczęśliwym ludzkiey nátury obłowiony łupem, áżeby zwyćięſtwá ſwoie, zwyćięſtw W. M. M. Páná *ſpolia ſpolijs*, *ſertis victricia ſerta* wiecznym záſzczytem angażował. Luboć on bárdźiey *pacis oleas* ániżeli *bellorũ fulmina* rad piáſtuie, y te ſáme *ad tranquillitatẽ* zdrowia y honorow W. M. M. Pánu ſpoſobi, *ut longos numeres, & ſine nube dies.*

18.

18va.

Applausus Marianæ sodalitatis Præfecto per Syllogismum.

ETiam Marianæ Reipublicæ dignitas acephalum imperium ejurat S.M. Lacertosa sit quantumvis cujuspiam Atlantis vastitas, imparem se minori quoq; oneri, non tantum ferendo regnorum agnoscit cœlo, si caput, quod incumbentia coronent astra, non ferat. Biceps Numen, armorum paciq; gubernio præposuit antiquitas, non, quod plura ad regimen exigeret capita, sed quasi omnis supremus honor capitolus esse meruerit. Et certè potiorem dominio siderum judicaverim Jovem, quem sua Pallade ingravescens commendat caput, quàm centum manuum Gygem. Nec gladius absq, capulo fortis est, nec numerosa manus absq; coronata fronte triumphat. Adeoq; nulla Imperiorum Maiestas spectabilis, quæ suo est diminuta capite. Onustam Phryxæo vellere Argo, eminentior ad clavum appretiat Typhis; metuenda ferarum spelæa, animosior Lybicorũ nemorum rex tuetur Leo; Alitum Rempublicam, armata Jovis fulmine propugnat

Aquila; mellificám apum plebem, regina defendit apis, ut ſcias; nil qualis qualis imperij mereri nomen, quod ſumm capitis non exornavit faſtigium. Quam verò mihi Marianis faſcibus digniorem, memores Regum faſti Majeſtatem dabũt: ubi ipſa ſervitia non ſunt abſq; diademate, cum ſervire Mariæ, regnare ſit. Civium alibi, hic Regum Reſpublica; ſub pileis Romana libertas quæritur, & propagatur, hic ſub coronis; Conſulares togæ alios, Mariana nomina purpuræ decent. Quantæ igitur molis eſt, regẽ imponere regibus? quantæ felicitatis, non curulibus & ſolijs, non regali ſolũ oſtro, ſed quod pluseſt aſtris imperare? nempe ſi Auroram nuncupamus Mariam nunquam abſq; gemmis coronarum æſtuat. Si pulchra ut Luna eſt, regiæ plenilunium dignitatis exhibet; ſi electa ut Sol, in luminoſam honorum elibrat augem; ſi virgam Ieſſe veneramur, effrondeſcit in ſceptra; ſi Ierichontinam ſcribimus Roſam, in florentiſſimas evolvitur purpuras. Adeoq; ut Mariæ, ita Marianæ Sodalitatis anguſtum nomen, nunquã non pediſſequum circumfert imperium.

In

In hoc eximiæ dignitatis culmen communi Sodalium evocaris ſtudio Illuſtr: M. D. Præfecte.

Quem virtus, quẽ rara probæ fiducia mẽtis
Aſſẽrit, in meriti præmia juſta tui.

19na.

Gratulatio Marianæ ſodalitatis Præfecto per Allegoricam continuationem.

IN ſanctiori Tuis faſcibus velificaturi Archipelago, non imparem Te Marianæ Argo, veneramur Typhim. *NN.* Optimæ Jonium curarum Sarmatici orbis aut Ægeum periculorum caſtrenſis gloriæ, proſpero evinces remigio, qui in æſtuoſo Gratiarum mari, Mariæ de Gratijs primos, illoſq́: teneros feliciter adeô conatus aſſveſcis, ſcilicet non caret ſuo metu, clementiſſimæ licet hujus Thetydis malacia, quæ ut audaces & temerarios naufragio mulctat Palinuros, ita tibi Pio Æneæ navalem accumulabit coronam. Adeoq́; intiales tui honores, altum ſtatim meritorũ occupant, & dum alij minoribus lembis ad ripas parvi Rubiconis, expertem Acrocerauniorũ exercent audaciam, ut integra poſthac claſſe grandius tentare poſſint Erythræum, tu ab Oce-

ano

ano incipis, ut minus quidem, sed tempestate solicitudinum fervens Reipublicæ ineas Myrtoum.

Herculis invictas potuit quod frăgere vires,
Inferius tibi robur erit.

Qui immaturum ætatis florem, jam imperiali Marianæ Classis clavo idoneum reddidisti, id est in herba, fructu optimo gloriæ commendaris. Nos ut pote ejusdem sanctioris naumachiæ comites, totis felici tuo gubernio incumbemus pectoribus, ut in fortunatas Tecum, prosperè enitamur Insulas.

2oma.

Gratulatio novi Anni, per allegoriă cõtinuatã.

OMinosa serenioris tuæ ut benevolentiæ, ita felicitatum accipimus portenta, ubi occasus elapsi, & ortus nascentis anni, in Sangvine Christi erubescit *NN.* Nunquam hæc Cœli purpura, sine amæniori ludo comparuit, nunquam non Sereniissima. Imo animorum quoddam imperium hic tibi auguratur murex. Certè & Romanis annorum exordia Consulari semper laticlavio ornatâ fulgebant, ut eodem cultu regni & anni caput adoraretur. Nunquàm tamen formosior exiit an-

annus, quàm ubi Divini Sangvinis purpurâ indutus. Adeoq; & tui dies momẽtaq; ſpecioſiùs, & domeſtici faſces ornatiùs ab hoc Erythræo enatant. Feſti ſanè faſti, qui ejuſmodi præſcribuntur ſangvinis rubro. Solennitas honorũ & fortunæ tuæ ritu primæ claſſis celebrari meruit, agni immaculati minio tincta. Unde ut interruptâ ſerie Tibi feriari liceat, *Nulla eat, ut non ſit murice tincta dies*, exoptamus.

21ma.

In eadem materia, modo eodem.

BOnum, imò auſpicatiſſimũ mane non hodiernæ tantum diei, ſed anni, ſangvinis divi ſuper aras ſolymorum efluſi aurora tibi portendit. *NN.* Innocens hic rubor candoris noſtri auctuarium eſt, qui illos tantum erubeſcere facit, quos ſuſpectæ ſinceritatis reperit. Cruentam aciem triumphata ſtyge emerſiſſe credas, quæ tibi in occaſu aliorum, heroicorum incendat annum. Cur enim Theſeo, aut ferarum ſanie polluto Herculi Annũ heroicorum Heſiodus adſcripſerit? quaſi ætas noſtra impar eſſet proferendis Herobus, cum Te, non inferiores Alcidâ palmæ

mæ ſuum profitentur. Niſi aurea ſæcula divinior tibi deſignet Aurora, cum Veroni ab auro Auroræ nomen deſumatur. Regium hoc ſcias aureum ſidus, quod ſua ſemper comitatur purpura, ut felicibus tuis in regno trabeis ſuo murice, luminoſæ dignitati aſtris, meridiei honorum, rubenti crepuſculo præludat. Ita ſemper ut ſolis, ita luminum Patriæ prænuntia eſt hæc roſea ſiderum princeps. Extra fabulas vatum ſanctior hæc Tithonia, ſidereis in te, fertur amoribus, in idq; maxime collimat, ut æterna ſibi, Te coronet canicie, & toties novo palmarē ſenectam recreet flore, quoties longâ ætatum ſerie in vitam proceſſeris.

22da.

In eadem materia, modo eodem.

SZczęścia y fortun, *rariorem Phœnicem* przy Nowym Roku *ex cineribus occumbentium tot ſæculorum* ſprawiedliwości Boſkiey ſłońce W.M.M. Pánu iáko *Phœnici Heròúm procreat. NN.* Ták oźiębłe popioły *exardeſcunt incendio proſperitatum*, kiedy te Niebo zágrzewa! biorą *vitalitatem novam, emortua buſta*, od świáteł złączonych *cum Principe ſiderum!* á zátym y ſá-

ſámemu W. M. M. Pánu *Dilecto ſuperũ gaudia magna fluunt.* Y lubo lotne czáſy, lotnym nie iáko ulátuią ptakiem, przecięż W. M.M. Páná *Phœnix ætas*, tę wyzuwa płochość *& in nido* domowych Iego fortun y zwyćięſkich laurow *inter ſpolia orientũ quieſcit*, áby tu *novo fœtu gloriæ* W.M.M. Pánu ſłużyłá. Niechcę Lidyiſkich Pánow *aureas aquilas*, ktore ná złotey monećie przy powinſzowániu nowego Roku Adriánowi, *orbi Domino*, w prezencie oddáwáli, kiedy dźiś w złotych piorách *Sol Juſtitiæ* powodow, ſzczęśćia, y lat długich *rariorem Phœnicem*, W. M. M. Pánu ożywia, ktory niebu, *non Pacłolo* ſwoię powinien cenę. A do tego doſyć ſą ſzácowáne ſobie zácnych Párenteliy y honorow W.M.M. Páná *clenodia*, doſyć bogáte *in exuvias* woienne orły, ktorym *nec Ganges, pretium par, nec Hydaſpes habet*, niechcą ſię ſzczyćić *fluviorum prædæ*. My uż iáko *minores atomi* przy wſpaniáłych W.M.M. Páná ſplendorách, z przeſzłym rokiem chcemy *incinerari*, áby ták wiele *ex concurſu ſolis Juſtitiæ* mogliśmy W. M. M. Pánu przyſpoſobić *raræ felicitatis Phœnices*, iák wiele popiołow náſzych bydź

mo-

może, u ktorych záwſze w życzliwych pierśiách, *tectæ vigent ſcintillæ* łáſk, y dobroczynnośći Iego.

23tia.

Gratulatio Paſchatis.

LIbera hodie, & inoffenſa, orbis & gloriæ tuæ in apricum erumpunt gaudia, ubi amoto ſepulchri lapide omnem luctûs angelica manus removit obicẽ *NN.* Ad metalla, aut ferale Tryphonij antrũ, quæcunq; mæroris damnamus nomina, patente nobis pro Dionæa aut Parnaſſia rupe ſanctiori Mauſolæo, unde quaſi fracto cardine fauſtiſſima mundum inundãt ſolatia. Sanè neq; brevior Iſthmus Jonium æſtuantis lætitiæ, ne quod ullus agger, effuſos in vota eloquentiæ amnes frænare præſumpſerit, poſtquam aperto tumuli oſtio, quaſi ruptâ cœli cataractâ cõmunis Univerſum offundit beatitudo. Majus hic militantibus publicæ lætitiæ, & tuo honori votis offerri videmus ſtadium, quàm ſi Lybicis perfractæ ligonibus Alpes ſuo Annibali, aut effoſſus Athos Xerxi aciẽ inſtruerent. Oppreſſa hactenus fatali cippo mortalitatis, ſolatia, eo vaſtiori exſpatiantur latifundio, quo ſtri-

ſtrictiori arctabantur latebrâ. Niſi in metam & ſcopum decertaturis pro palma affectibus noſtris, erectum hoc dixerim ſepulchrale ſaxum, ut haberent ſua Palladij Athletæ Olympia, quæ decurrerent. Præmium honoris, & laureas, Tua benevolentia implebit. Pulverem tamen Olimpicum hic non colligimus, quia neq; cineribus in tumulo locus eſt, niſi in minores atomos conteramur, ut tot tibi vota, tot ſolatia, tot beatitudines cum apprecatione deferamus, quot ſol trahit atomos.

24ta.

In eadem materia.

LYdium in ſepulchrali lapide probior nobis hodie ſuggerit religio, ad quem aureos affectus noſtros, imò & aurea tibi tempora exploremus. NN. Certe enatans mortalitatis fretum Sol Juſtitiæ, in tenera pectorum gleba, pro montium viſceribus, auream ſalutari ſuo radio nobis producit venam, unde nobilius affectuum dimanat pretium; & ferrea ad Lyparim, & Cyclopũ incudẽ condemnans tempora, auro fuſos Tibi fabricat annos, quos in ſeram ætatem vivas. Imò ſi au-

ratos imbres nascente Minervâ indulsisse Jovem perhibent, & infantis cunas Platonis pretiosior auri offudit grando, quo magis ad nostri ex occasu renascentis Justitiæ solis ortum, aurea ut mentes, ita menses & annos inundet pluvia? ut majori pretio nostra tibi constet apprecatio. Sed docebit Lydius sepulchri, valorem nostrorum affectuum, cum nos tuo honori & votis immori paratos ostendet. Habeat suum dives Pactoli, aut Hydaspis limus, exploratorem calculum, nos in marmore Christi fidem nostram probamus, æternum durataram. Nempè quæ mortis fuerat, jam vitæ est, marmorea hæc tabula, in qua, ut nostrorum officiorum, ita Tuarum prosperitatum connotatur syllabum. Legit quidem & leget antiquitas tuos in silice Rhodopes aut Caucasi, heroicæ fortitudinis, characteres, quos Sarmaticus victore gladio celavit Mavors, sed in sanctiorem hunc transcripti cippũ constantius hærebunt, quia in obelisco Triumphatoris Dei. Duri tamen nihil ab hoc saxo timueris, quod viscera sua Salvatori aperuit, ideoq; & Tibi, hæc nisi, quæ molli prædita laude, feret.

SI-

SIDUS 5tum.

De amplificatione minori per reliquos modos argumentationis.

USui hujus sæculi oratoriæ svadæ deserviens, praxes per continuatam propositionem, seu continuatam allegoriam primo loco posui, cum hic modus ut facilis, ita officiosis lucubrationibus idoneus, & quod maximum, suo plausu commendabilis sit. Nunc veterum insistendo vestigiis, ad Syllogismos, Enthymemata, Expolitiones *&c. &c.* venio. Moneo, ut inter præcepta libro primo tradita monui, quòd Dialecticum ordinem non servat Orator, sed aliquando à Conclusione ipsa, aliquando à minori incipit, nonnunquam præmittitur Major, pro beneplacito, & exigentia materiæ Oratoris, idem dicendum de alijs argumentationibus.

LUCUBRATIO 1ma.

Gratulatio Regÿ honoris adepti. Per Syllogismū.

PAlmare homagium eloquentiæ, tributarius extra Latium Tullius Tibi suo deponit Principi. *Rex Sereniſſime.* Eò Polona Majestas ascendit, ut orbis domi-

nos ad calcaneum Tuum prosterni videat. Anceps tamen in ipso Regij Augustalis limine hæret purpuratus hic Orator, Tenè potius imperio Sarmatiæ, an Tibi imperium gratulari debeat? maximè cum hæc sit congenita rectègestis meritorum indoles, ut debita sibi regnorum præmia exigat, non emendicet. Scilicet ferrei labores, quos longior chalybis induravit usus, auro coronarum ponderari volunt. Accensi Sirio, aut Martialium flammarum æstu, sudores, frigent facile, nî imperatrice tæniâ foveantur. Gemmæ eliquatarũ frontium, ubi mèlius, quàm in diademate cõsideant? Magno empti sangvine conatus, quo dignius pretio, quam purpurâ redonentur? lassati in prælijs & victorijs, nũquam tamen fracti artus, non nisi in solijs ritè quiescunt. Quæ vero regna Tuis in præmium laboribus sufficerent *Rex Serenissime*? qui antequam regnares, regijs dotibus eminebas. Meruisti prius soliũ, quàm insedisti. Certè Princeps Lucina purpurato te sinu excepit. In comitio augustæ Majorum lucis lucem auspicatus es. A tanto sanguine quid aliud, quã

Re-

dwieby wydołáć mogli, *& tot Athlantibꝰ, non niſi integer Hercules ſuccedere* odważyłby ſię, mnie záś *non idem robur, nec tanta dexteritas*, ábym piáſtowáne delikátne od inſzych Ichmściow Anteceſſorow tey Prowincyi *Patrium cœlum*, ważył ſię rowną biegłośćią y dowćipem dźwigać. *Stabit ne iſto ſub pondere deflua cervix?* oſobliwie kiedy mnie *conſcientia meritorum*, owym támuię proiektem, ktorego Senat do Theomeneſa o Poſelſtwo konkurruiącego w Korynćie záżył, *expende quid audes.* Nie ieſt to tákowe *onus Provinciæ*, ktoreby ná ſłá bárkách wſpieráć ſię mogło, ále wielkiey experyencyi, *qualitatum*, godności *ſubjectum* potrzebuie, áby iáko *votis ſingulorum*, ták *bono univerſorum* mogł ſię przyſłużyć ktorego ſzczęśćia nie káżdemu ſię doſtáie, *gravis iſta poteſtas, eximijs omni cõvenit arte viris.* Będźie ten czás kiedy y ia, *ſtadium hîc olympicum* z łáſki W.M.M. Pánow *decurram*, iednę y ſámę zákłádáiąc ſobie *in meta proſperitatum* po dobrze poſpolitym, W.M.M. Pánow *benevolentiã*, teraz záś *dabitis veniam* ſłudze ſwemu, że ſię z tey prácy wyłamuie, á ná mieyſce moie *integro velle integro calculo* W.MM.

Pánow upraſzam J. M. Páná N. M. M. Páná, krorego iáko doświádczona z Przeświętney Ziemi w podobnych okázyách *praxis*, ták *fides conſtat aperta*. Mnie przy podźiękowániu zá łáſkę W. M. M. Páno przytym zoſtáć, *hæc tenui nunquam credẽda vigori, quæ malè ſi cedant irreparata cadũt*.

IOMUS.

Perſvadetur Nuntio, ne detrectet honorẽ.

DŁugich wiekow codźiẽną experiẽcyą *nemo ad honorem teſtudo*, W. Mm. Pan dniá dźiśieyſzego *lege novella modeſtiæ* káſſowáć uśiłuieſz, kiedy ná ták zgodne Jch Mśćiow M. M. Pánow głoſy, *ad tot po. ilata*, idąc w kontr ziednoczonym ſentymentom *niteris contra torrentem* życzliwośćiBráterſkiey, y cáłe ták zácną, ták wſpániałą Poſelſkiey funkcyi prerogátywę od śiebie oddálaſz, nie pámiętáiąc ná to *quãtus honor patriæ cauſam defendere ſpartæ?* Wiemći ia, że tákowa negocyácya wielkley biegłośći obrotu, *& robur non vile lacerti* potrzebuie, bo w oſobie Poſelſkiego chárákteru, powága cáłey Ziemi Przeświętney prezentuie ſię, y w tym ſtopniu doſtoyności ſtáwa, że wſzyſtkę ſymetryą z kliioney oboygn Narodow *unione ani-*

mo-

morum ſtruktury utwierdźić, álbo *per liberum veto*, pomieſzáć może, á zátym *res ardua fermè tot populis voto contribuiſſe pari*, ále że te *requiſita in perſona* W.M.M. Páná znayduią ſię, *& communi ſuffragio comprobantur*, niemożeſz ſię od tey uſługi Przeświętney Ziemi wymowić, ieżeli to práwdá, że *non ſibi ſed Patriæ vivere Civis amat*. Nie gánię ia nikomu, że on *ſublime timet*, bácząc owego ábdykántá o wyſokich godnośćiách ſentyment, ktory złotą ná drodze nápadłſzy koronę, y pogárdźiwſzy oną rzekł, *tollat, qui te non novit*, ále to tym tylko godnośćiom ſłuży, ktore *præter Nomen honoris*, nic w ſobie więcey nie záwieráią, gdźie záś przy zácney prerogátywie, *onus publicum* uſługi Rzeczypoſpolitey wiąże ſię, trudno ſię iey zbrániáć, choćby też y zdrowiem przypłáćić, *Patriæ felicitati longis ſudoribus litandum*. Doświádczony nam nie ná iedney funkcyi W.M.M. Páná *amor boni communis*, gdźie záwſze *cum auctoramento gloriæ* powracałeś, dla czego tym poufáley uprafzámy W.M.M. Páná *& inſtamus urgentiſſimè*, żebyś *cytharam* zgodnych áffekow Bráterſkich *in luctum vertere* niechćiał y

przy-

przyiąć ráczył chárákterem Poſelſkiey uſługi, zá co my *in onere* W. M. M. Pánu zoſtáwáć będźiem. Zá kollegę *Herculi Theſeum*, przydáiemy J. M. P. N. M. M. Páná *quem Curia Princeps ſæpè tulit*, ktorego *Judicij ſublime decus prudentia rara eſt.* Trzymã, że prożbie náſzey nieda *repulsã.*

IIImus.

Nuntius gratias agit pro munere Legationis.

INnodatus *vinculis* Bráterſkiey W.M.M. Pánow życzliwośći ſam niewiem, co z ſobą mam czynić, bo *nec ſolvere nec abrũpere* godźi mi ſię, ták śćiſſego wolnych głoſow Związku, y ráczey iuż wolę podáć *victas manus imperio* W.M.M. Pánow zápomniáwſzy *quam debile robur, quàm mihi conſilium tantis ſit in æſtibus impar*, áni żelibym miał ná iáką u W.M.M. Pánow zárobić cenzurę, zwłáſzczá, kiedy procz obligu Bráterſkich áffektow, *officio civili* związánym ſię widzę owym mowię árgumentem, *non ſibi ſed Patriæ vivere Civis æmet* Jeſt to *argumentum ad hominem*, ktorego żádna *ſubtilitas conceptuum* nie zbiie, żeśmy nietylko fortuny, ále y zdrowie, y życie náſze powinni *bono publico*; fortuną y zdrowiem ſłużyć miłey Oyczyźnie

civis

civis optimi attributum; á zátym y ia nieśmiem więcey od tey Przeświętney Ziemi usługi wyśámywáć się, y ochotnie *in arena affectuum*; W. M. M. Pánom *palmam victoribus defero*; máiąc sobie zá osobliwe szczęśćie, że ich *sancita* do miłośćiwego Tronu *portare*, y ztámtąd *vivæ vocis oracula* odnieść mogę. Submituię się przytym, wszelką uśilnośćią moią, *omni imaginabili habitudine*, wszelkiemi sposobámi *eò conniti*, ábym we wszystkim *placitis* W. M. M. Pánow zádosyć uczynił, y cokolwiek z Instrukcyi ich mieć będę, *quàm tenerrime & fideliter* dochodźić, y utrzymywáć zechcę. Teraz záś dálszey W. M. M. Pánow nie támuiąc obrády, *cum charactere* Poselskiey funkcyi, zábieram ná się *characterem indelebilem* wiecznego do retáliácyi w usługách moich obligu, *seu vincere Pontum, seu me vestra vocent Calpen accedere jussa.*

Pax cum Turcico oriente colenda.

Moi Mośćiwi Pánowie.

IEst czego winszować W. M. M. Pánom, że ták prętko y zgodnie, *coaluistis in unum* obráwszy *interpretes* woli *& desiderium* Przeświętney Ziemi do Máiestatu *Ora-*

ratores ktorzy iáko praw pośpolitych cáłość ták prowincyi náśzey *indigentias* promowować *meſſe uberrima gloriæ* będą, iáko ći *quorum vel Pergama ſtarent conſilijs. Reſtat* ieſzcze tymże ſámym Ichmśćiom Pánom Poſłom M.M. Pánom *inſtrumentum legationis* podáć, ktore nie inſze ma być, tylko *placita* W. M. M. Pánow co im donieść káżećie *in ſanctuarium* generálney oboygá Narodow obrády, co do Máieſtatu, *quid præſtare thronus quid ab Arcto avertere noſtra* powinien będźie, iákoż y ſam Pan Náſz miłośćiwy iuż nam *tutelari providentiá* w Uniwerſále ſwoim *ſuggeſſit, quæ nos fata manent*, y iák ſobie rádźić mámy. Ja do punktu Tureckiey woyny przymowić ſię zechcę, tá záś iáko záwſze *magno populorum ſangvine conſtat*, ták przy okolicznośćiách *præſentis ſtatus* w Rzeczypoſpolitey Náſzey, bárdzo niebeſpieczna, bo długą *gliſcentis inteſtinæ cladis* nádwątlona ántágonią Oyczyzna bárdźiey ná ſpoczynek, ániżeli *in armorum ſubſidia* ogląda ſię, ktorychby *aſtra minaci ferro terrens Orion*, Ottomáńſkiey potencyi mogł ſię ulęknąć. Co mámy do ták ćiężkiey woyny zá gotowość? co zá śiły? iáki woy-

woyská komput? co zá płáca żołnierzá
sámym tylko áwántażem *& promissis* ćie-
szącego się? gdyby nam przyszło záyrzeć
do obozu, przepátrzyć się w Regimentách,
zlustrować pułki Rycerstwá, podobnoby
z niepłátną Rzymską milicyą, wszyscy *hi*
vulnerum notas, illi canitiem, plurimis detri-
ta tegmina, & nudum corpus exprobrarent.
To ten, ták znużony y nági żołnierz,
szczerze ná ogień, záperzonego *bili peßimâ*
przećiwko Imieniu Chrześćiáńskiemu
Nieprzyiaćielá poydźie. Dáymy to, że-
byśmy mogli przy Moskiewskiey poten-
cyi, z ktorą dosyć będźie miáłá doczynie-
nia Portá, cokolwiek *unito Marte* dla do-
brá pospolitego *in turbido piscari*; ále nie-
mniey nam *formidabilis vicinia* zmocnio-
nego Moskálá, iáko y Turczyná, zwłasz-
cza gdyby miał *imponere jugum orienti*, á
do tego gorsze *virtus sub specie fidei à schi-*
smate, á niżeli od Máchometáńskiey sekty,
propinatur, ktora sámá z siebie *abominabi-*
lis, nie tákby prędko *in corruptelam* Páń-
stwá Chrześćiáńskie wprowádźiłá. Rá-
dźiłbym posłuchác w tym Swetoniuszá,
minima commoda, non minimo discrimine se-
ctamur, o woynie mowi, *similes hamo piscã-*
tibus

tibus aureo, cujus abrupti damnum nullâ capturâ penſari poteſt. Nie wielki áwántáż płotkę ułowić, á złotą wędę ſtráćić, ſtráćić *florem ſangvinis* Rycerſtwá Polſkiego, á gárść Ukráinſkich chłopow, álbo Tátárſkich koſzow zábráć, w dżiką Jánczárychę rozprzeſtrzenić *imperium, ruinâ floretis imperij.* Nie idźie to zá to, *major eſt ex amiſſis civibus dolor*, mowi ſtátyſtá, *quâm lætitia è fuſis hoſtibus.* Nieſpuſzczaymy ſię ná Auxiliárne ſkwádrony, bo to nie záwſze *inſtar montis equus divinâ Palladis arte* tryumfuie, álbo bitnych noſi Menelauzow. Krotko wyráżę zdánie moie, *pax optima rerum* upraſzáć J. K. M. żeby nas niechćiał *involvere bello* z Ottomáńſką potencyą, *coronatum ſæpius quàm galeatum Principem* widźieć ſobie życzemy.

13tius.

Bellum Turcico Orienti inferendum.

Moi Mośćiwi Pánowie.

E *Juſdem ſenſus* ieſtem z J. M. P. N. MM. Pánem, że nam pokoy wielce potrzebny, *pax melior quavis proſperitate mihi* ále *quâ orbitâ* mámy przyiść do pokoiu, tá ieſt rzecz *periculoſæ plenâ aleæ.* Prośić ſię Porćie gdy nas záczepia, y *fracturam* nie-

dotrzy-

dotrzymánego Tráktátu, chćieć poprá-wić *renitente Barbaro Ortu*, nie ieſt to *re-cti conſilij*, bobyśmy tym ſámym wytchnę-li *imparitatem* śił náſzych, ztąd, *æſtrũ* nie-przyiáćielowi do záwźiętey imprezy, á ták przyſzłoby nam *imperium, non arma pati*, zwyćięſkiey przed zwyćięſtwem Ot-tomáńſkiey potencyi. Woyná oboygu Narodom Náſzym, iáko zá dáwnych wiekow pożyteczna byłá, ták y teraz nam powinna być chwalebna, y nie mo-żemy ináczey żyć w pokoiu, chybá przez woynę, *armis optimè pacũ oleas mercamur*. A do tego liczyć ſię, miedzy ſzczęśliwe-mi żadne nie śmie Páńſtwo, ktore *inerti litat ignaviæ*. Bierźmy z Rzymſkiey Mo-nárchii *normam dominij*, o ktorym Vepe-tius piſze, *nullâ aliâ re Popul: Roman: ter-rarum orbem, ſibi ſubegit, niſi armorũ exer-citio, uſuq; militiæ*. Wiem ia, że woyná ludźi nie rodźi, y koſztow nieznośnych potrzebuie, poſpolſtwo *oneribus publicis*, Rycerſtwo pracą ćiężką, *Regiam formidine dubij eventus belli*, przeráża y gubi; ále wźiąwſzy przećiwko temu *in adverſam lancem*, wiekopomną Narodu ſłáwę, *exer-citium* Rycerſkiey odwági, *authoritatem* u

postronnych Pánow *victoryjs partam*, dáleko *lucra gloriæ incommodis belli* zácnieyſze obáczymy. Naypewnieyſzy do upádku y ruiny *florentiſſimæ Reipubl:* zámách długi pokoy, gdźie *câdem rubigine quâ ferrũ, Civium animi conſumuntur.* Dla tego to wſzyſtkich Abſolutow nayſkutecznieyſze *medium* było, do wiecznego zawoiowánych Prowincyi poddáńſtwá, że ie dyzármowáli, odbieráiąc broń Rycerſtwu, ámunicye fortecom, áżeby ták *altâ pace ſepulti*, wyzuli ſię z Junákieryi, *aſperius tolerare jugum, quàm prælia malent.* Zá ſzczęśćie oſobliwe poczytywáć ſobie mámy, że lepiey dáleko żyć możemy *inter tela minantia telis*, ániżeli inſze Páńſtwá bez woyny *pacis malatiâ* uſpione, ále pod iárzmem. A ieżeli nas tęſkno bez pokoiu, *armis non inermi conſilio* ſtánowić go nam trzebá y fundowáć, zwłaſzcza kiedy Wſchodnia potencya, ináczey z námi w pokoiu żyć niechce, chybá *oppoſitâ acie, ſigniſq; premẽtibus hoſtem.* Co większa, że z tym nieprzyiaćielem idźie nam o wygráną, ktory *æquè legibus regni, ac fidei* bárdzo ćiężki, á záś *optima militiæ vincula, Religio, & amor legum.* Przegrána bydź

nie

nie może, gdźie przy cnoćie Rycerſkiey, *militat æther*. Y to nie mnieyſze *adminiculum*, że ztąd Moſkiewſkich Woyſk *ſocialia arma*, z támtąd auxiliárnych regimentow *inexpugnabile robur*, náſzym dopomoc mogą ſukceſſom; ktożby przy tákich śiłách nie życzył ſobie *pro fide & lege Patriâ* hażárdować zdrowia y życia ſwego? upraſzamy J.K.M. áby Ottomáńſkiey Porćie woynę wypowiedźieć kázał, że nam Trákátu Kárłowickiego nie dotrzymáwſzy, w gránice ſię drze, y demoliowáne forteće repáruie, á nie czekáiąc rychło nas *barbaries* od Krymu y Budźiákow ochłonie, *prior occupet hoſtes*.

Plures hic ejuſmodi materiæ tractari poſſunt, quas ex mente Regia Vniverſale ſubminiſtrabit, mihi ſatis pro exemplo unã controverſiam induxiſſe.

14tus.

Nuntius ab exercitu pro exolvendis ſtipendijs.

Moi Mośćiwi Pánowie.

DŁugą *pollicitorum* W. M. M. Pánow utęſknione Woyſko expektátywą, mnie z obozu *cum charactere* Poſelſkiey uſługi do W. M. M. Pánow ordynuię, áżebym o záprácowáne *per tot diſcrimina*

martiż expoſtulował *ſtipendia*, ktorego *nolens volens* pełniąc roſkázy, ſtáwam *in facie lectiſſimæ concionis* W. M. M. Pánow, pierwey powolną ſubmiſſyą y wzeláką *ad imperata, imperandaq; promptitudinẽ*, iáko wſzyſtkim *in Vniverſali* W. M. M. Pánow, ták *in particulari* káżdemu z oſobna, Rycerſtwá cáłego imieniem donoſząc, á potym *juſta queror*, upraſzáiąc ábyśćie W. M. M. Pánowie zátrzymáną przez ták wiele lát płácą *meritis, non precibus debitam* niepłátney obmyślili milicyi, ktora przezemnie *cicatrices pectorum & vulnerum notas* pokázuie, *vana ſolatia* pozoſtáłych Arrerázow *exprobrat*. Nie trzebá *longâ congerie* wywodźić, bo to doſyć iáwno, y wiádomo W. M. M. Pánom *quot ſævas hyemes, quot torrida ſidera cœli invictâ virtute pati* muśiemy, iák częſto Obozowe ſuchoty & *vigilias* o głodźie *in fame & ſiti* odprawuiemy, iák nam ćiężſza Ukráińſka Jánczárycha, áby zá ścianą pierśi náſzych, *ſub tutela* buław obudwu, iáko *Græcia ſub Ajacis clypeo*, beſpiecznie *publica felicitas* ſpoczywáłá, á tym czáſem zá prace y ſtráty náſze *ſpe lactamur inani* obiecánych ćwierći, á nigdy

nie-

niewypłáconych, ták, iż bez záwodu z owym Rzymſkim Sołdátem żálić nam ſię przychodźi, *præmia nulla & vulnera & pericula, duræ hyemes, & exercitæ æſtates, bellū atrox, & ſterilis pax, perpetua ſunt.* Zieżdżámy co raz, iuż to ná Lwowſkie, iuż ná Rádomſkie Trybunały, wyglądámy łáſkawey dyſtrybuty, żebrzemy zápłáty, ktora *lege debetur*, á iedno tylko *ſpecioſum nihil* odebráwſzy, *in vim præmiorum* z niczym ná nowe práce idźiemy. *Aras Juſtitiæ apello*, czy to ſłuſzna? ták wiele obiechác Komiſſyi, Seymikow, Konwokácyi, *fructu nullo, impenſis gravibus?* ták wiele rázy *pulſare januam* Skárbu Koronnego, *nec aperiri* ná wypłácenie krwáwo zásłużonych cwierći? ták wiele prac, niedoſtátku, trudow podiąć *in hoſtico*, á żádney nie mieć rekompenſy? obietnic łáſztem, áſſygnácyi doſtátkiem, *in effectu* nic nie máſz. Wybáczyćie W.M.M. Pánowie, że muſzę *frænos juſto laxare dolori*, bo ſłuſzność káże. A do tego, komuż ma *confidentius* znurzona milicya *vulnus animorum* odkryć, *revelare amaritudinem*, iáko kochánej Oyczyźnie, ktorey *unum corpus* W.M.M. Pánowie *conſtituitis*, á my *os de*

ossibus, caro de carne vestra, ábyśćie widząc serc nászych *crudum & indetersum vulnus*, o wczesnym pomyślić ráczyli *antidotum*, ktore nie insze ma być, tylko, *redde, quod debes*, widźiemy my *quos patitur manes* záprzątniona Extránezántámi Rzeczpospolita, *& indolemus vicibus nostris*, ále nie godźi nam się o głodźie służyć, y resztę fortun nászych *& patrimoniorum* ná sucháry łożyć, będąc w usłudze Rzeczypospolitey, o co deputowány *unus pro omnibus*, uprászam W.M.M. Pánow, żebyśćie nas trzymáć ná dálszey pácyencyi niechćieli, pámiętáiąc ná to, iáko iest *improbus ille labor, quem præmia nulla sequuntur*.

15tus.

Respondetur Nuntio exercitûs.

EXpostulácya W.M.M. Páná, iáko iest *legitima*, bo práwem Rzeczypospolitey obwárowána, ták *justa*, bo zwyczáynie, *absq; suo nullus fervet honore labor*, á zátym *in decretorio* obrad nászych, nie może bez osobliwego być respektu, gdźie *ut legibus, ita legum executioni providetur*. Známy się być *in ære* W.M.M. Pánom, *patientissimis creditoribus* Rzeczypospolitey. ále nie widząc *quo medio possibili* moglibyśmy się *ex*

nunc

nunc ad quadrantem wypłáćić, kiedy *res angusta domi, majores denegat usus*, ſzczęśćia y fortuny, prośić nam ſię z Ewángelicznym oberátem przyidźie, *patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Przećięż *pro solatio meritorum* W. M. M. Pánow pomyślemy o ich ſátisfákcyi, *ſi non in toto*, co u nas teraz *ſupra vires, & ſupra naturam ſtatûs præſentis*, to pewnie *in parte*, á tym czáſem W. M. M. Pánowie máćie *pretium non vile laboris*, Imię nieśmiertelne, ktore więcey záwſze *æſtimatione prudentium*, oſobliwie u Narodu wolnego ważyć powinno, *quam auri maſſa dives*, y doſtátnie *ſtipendia*. Ze W. M. M. Pánowie *vigilias armorum* iáko poſtne wigilie *in pane & aquâ* odpráwuiećie, nie godźiłoby ſię *conqueri* o to, kiedy W. M. M. Pánowie *fidę certâ* wiećie, że *poſt vigilias* należy Wam *ritu ſolenniſſimo ad aras honoris & gloriæ feriari. Martius panis* u Zołnierzá ſuchar, nie Márcepán. Nárzeká Rzym ná upádłą przez zbytki milicyą ſwoię, *luxus robur jam perdidit omne, quo valuit dum pauper erat miles*; co ſámo ma być *incitamentum* do pácyencyi W. M. M. Pánom, niedoſtatki obozowe temperuiąc *dulcedine famæ*. Nie

mowię tego *eo motivo*, ábyśćie W.M.M. Pánowie uſtáwicznie nádźieią ſię tylko kármili, iáko *indociles pauperiem pati*, álbo żebymy my *remiſſiori conſilio* ſtáráć ſię mieli o zápłátę, W.M.M. Pánow *meritis debitam*, ále żebym iákiekolwiek *lenimen patientiæ* W.M.M. Pánom uczynił; iákoż ná dokument moiey *erga bellorũ ſidera* życzliwośći, pierwſzy *omnem operã navare* zechcę, do iak nayprętſzego Woyſk niepłátnych ukontentowánia, *ferêt, quod meruêre decus*.

16tus.

Mareſchalcus concludit comitiola.

Moi Mośćiwi Pánowie.

LAſką & *animorum harmoniâ* W.M.M. Pánow, iákoby *ſvavibus Etheſijs*, uſługi moiey Marſzáłkowſkiey *oneroſior Argo*, wſpárta, ſzczęśliwie ſpłynąwſzy *in portum* zákończenia konſulty náſzey, *inter tot ſcopulos & ſaxa Palæmonis audax*, ſzczyći ſię *ſertorũ vere perenni*, ktorymi z oſobliwey W.M.M. Pánow áffekcyi, *poſt victa pericula coronatur*, co mnie do podźiękowánia zá ten W.M.M. Pánom reſpekt ſtymuluie, y wiecznemi czáſy zoſtáwuie *in onere; quodcunq; in culmen agemur, ire animus*,

dum

dum veſtra juvant ſpes Numina noſtras. Po
ták długim *in officina conſiliorum* wolnych
głoſow W.M.M. Pánow ſzáfunku, mnie
ſámego ná głos nie ſtánie, ktorymbym
mogł *ad æqualitatem* Ich łáſki *conteſtari* zá-
wdzięke moię, bo mnie *elingvem* czyni
vis magna favorum, ták że tylko iednym o-
bowiązánym ſercem wypłáćić ſię W. M.
M. Pánom mogę. Jednákże oddáć mi
tu należy *rationem villicationis*, iáko ſá-
mym W.M.M. Pánom, ták *primario* Bo-
gu, *legi & Regi*; W. M. M. Pánom iák
ſzczerym *abſq; ceruſſa ſimulationis & ſimul-
tatis*, ſłużyć ſtáráłem ſię kándorem y ká-
żdemu *pro voto ſuo* dogodźić, Bogu, iák
innocenti ſtudio uśiłowáłem to tylko utrzy-
máć, *quod aſtra juberent*; Krolowi, á Pá-
nu Náſzemu Miłośćiwemu, iákom *pro in-
tegritáte* Máieſtatu Jego prácował, *jura
fidelitatis, & parendi neceſſitudine* obſerwu-
iąc; Práwu, iákom przy nim *zelo liberrimo*
ſtáwał. W. M. M. Pánow *calculo* podáię
ſub cenſuram, ieżeli przy tey moiey ápplí-
kácyi *merear abſolvi*. Jákoż trzymam, iż
oprocz iednego *debiti* powolnych *ad quæ-
vis imperata imperandaq;* uſług, w niczym
ſię nie zádłużyłem, lubo y ná dálſze czá-

ſy chętnie oſobę moię do rozkázow W. M. M. Pánow y Bráći *obærare* gotowem; teraz *in ſinum* W. M. M. Pánow powierzone ſobie *depoſitum* dyrektorálney láſki ſkładáiąc, *o pardon, ſi quid noſtra accidit culpâ*, upráſzam.

SIDUS 8vum.

Vſus Amplificationis Majoris.

1mus.

Fortiori cede;

Apologo illuſtratum.

HEroumnè magis, an eruditorum feracem Græciam è Tullianis adorem roſtris? in veſtri bilance judicij depono. A. O. Certè non Aſſyria tot victoribus, non Perſia tot bellatoribus, non Macedonia tot orbis domitoribus, non Capitolium tot triumphatoribus, qui campos militaribus exhausêre manipulis, æquora grandibus oppreſsêre navigijs, ſcidêre colles, ſiccavêre flumina, ut ſertis orbem, ſervitijs regna, urbes metu, ſua ſpolijs replerent imperia, ſe commendant. Quid Niciâ animoſius? Themiſtocle fortius? Miltiade glorioſius? Alcybiade felicius? Agamemnone imperioſius? Ajace fervidius? Achille robuſtius? Ulyſſe dexterio,

ſolia

ſolia ſuſpexerunt? tot & tantorum ſiderum, Martia Doris Patria fuit. Sed illa ipſa Muſárum colonia, literarum Emporium, ſapientûm ſedes, ſcientiarum receptaculum, colitur. Et quidem tutius sẽper ſub ægide Palladis, quam ſub clypeo Ajacis, quiet. Plura ex Apollinis tripode, quàm ex armamẽtario Gradivi jecit in hoſtem fulmina. Bellax Homeri Camæna, Pellæo victori æſtrum fuit ad prælia, Majori ſcipioni.

Hærebat doctus lateri, caſtriſq; ſolebat
Omnibus in medias Ennius ire tubas.

TAceo hic tonantem Periclem, taceo Demoſthenem fulminis inſtar in verbis ardentem, taceo ſvaves Pindari lepores, unicus meam Heſiodus pronunc evocat facundiam, pro cuius vel ipſis cineribus, Nemei Cives & Orchemenij longo deſudarunt certamine. Quot acies ille Palmari carmine accendit? quot ſigna labentia pugnæ reſtituit? quot diſcordes populorum animos, in pacis harmoniam dulci Muſarũ concẽntu pertraxit? Græcia novit, mihi ſatis perſpicax ejus ingenium in fatali luſciniæ cum accipitre cõmercio admirari, ubi quàm periculoſæ

ple-

plenum opus aleæ ſit, vel ogganire, non modò reſiſtere fortiori lacerto, demonſtratur. Dabitis fabulæ aures; quæ vel inter tripodis oracula recenſeri meruit.

Ita arcano cœli & naturæ influxu diverſæ totius Univerſi ſpecies ſunt adaptatæ, ut una alterius ſymbolum agat, una alteri ſpecimen rarioris experientiæ præbeat. A. O. Diſtinctæ ſuis luminaribus ſphæræ, quid aliud? quam regna ſereniſſimis Principibus illuſtrata deſignāt? majora ſidera Proceres; vulgus ſtellarum congeries; Sol coronatum imperij caput exhibet. Unde pari intuitu, aſtrorum Reſpublica, ſiderum Proceres, populus ſtellarum dici merentur. Profundum gēmas evomens, inexhauſtæ Regum munificentiæ pelago præludit, verna florum amænitas, brevem proſperitatis edocet uſum. Montibus ſepultæ auri, argentique venæ, pretij majoris conſiliâ latere debere admonent. Ut brevi rem compendio explicem, ingenioſum Heſiodi commentū ex obſitis vetuſtate tabulis provocabo. Ferocem ille Accipitrem, qui sēper vivit in armis, imbelli, & ſolis aptæ modulis luſciniæ, ludicro commiſit præ-

lio.

lio. Quæ ſocietas, miti, & teneræ, cum rapaci, & armata volucre? Accipiter crudo paſcitur ſangvine, & pingvi nidorum prædâ ali deſiderat, Luſcinia vilioribus lapillis, aut exiguo verme ſatur, nullius damno, incommodo nullius epulatur. Ille trepidis mille adſtruit inſidias avibus, latentes dumetis extrahit, fugaces inſequitur, captas lacerat, ungve ferox, roſtro acutus, pectore bellax, oculo formidabilis; hæc omnis expers fraudis, pacata lucorum inquilina, humiles occupat ramos, ſvavi gutturis jurgio, alias volucres in concentum elicit, aures mortalium oblectat, animum, & mentem curis immerſam in ſpem meliorem elevat, ſerenat frontem, inermi pede, gutture tinnulo, ore ſvavi, nihil metuendi, omnia fauſta ſpirat. Hoc uno conveniunt, quod ut accipiter, ita Luſcinia ſolis volucres nuncupentur; ille, quod ſoli, qui & Apollo vatibus dedicatur, hæc quod ſoli in ortu laboranti accinat. Ille tamen totus igneꝰ, cùm Alianus ex oſſibus Accipitris ignem elici doceat, totus in rapinam datꝰ, cùm non avibus tantùm, ſed & auro inſidietur, ubi vi magneticâ aurum oſſibus attrahit,

ſi

si Plinio fides est; hæc avium mollissima, in cantus se evíscerat, cor hominum, nõ metalla svavi devincit vocis argutiâ. Et poterat quidẽ vel sola hæc affinitas, quòd utraq; solaris sit volucris, mitiorẽ Luscinię reddere Accipitrem, nisi efferus sangvinis helluo, deprædator nidorum, implacabilis rabiei hostis, omnẽ exuisset mãsvetudinem, non nexûs tantùm alicujus amorẽ. Itaq; dum striduo pennarum remigio auras verberat, hinc, ac inde præceps in spolia agitur, cãpos ac lucos prætervolat, fame, an innato sibi rapinæ pruritu pellectus Accipiter? ecce innoxio demulcentem sylvas Luscíniam cantu, flãmato advertit oculo, & mox suam expleturus ingluviem, exertat ungves, pandit rostrum, siticulosãm cruoris ejectat lingvã, cùm Luscinia nihil sibi ab hoste immani metuens, plusquam spartanâ libertate sævum prædonem arguere cæpit: Eras, pingviorem me offam ratus; impar tuis ungvibus præda sum. Majori sangvine tuæ litandum ingluviei, quàm meo, morsus unus, vilis tibi cœna est. Lautius in leporum, aut anatum extis convivaberis. Sed quid mollibus tecum ago? im-

pro-

probe, excors, vesane prædator, mene miseram volucrem, me nullius injuriâ, nullius metu, nullius damno inter dumeta, aut hortos degentem, me soli cantui, noctu, diuq; vacantem, infestas, persequeris, mihi crudele lethum intentas? Tûm Accipiter mordaciori perstrictus querelâ, falcatis instare ungvibus, errantem per ramos insequi, alis circumstrepere, ore hianti necem minari perditæ, magis, ac magis fame stimulari non desinens, his semianimē Luscinam increpat. Tune mihi obtrectare? tu exprobrare rapinas audes? ignava, effrons, imbellis Luscinia. At disces nunc tuo exitio, quàm periculosum sit majoribus obstrepere viribus. Non idem est fortiorem arguere, quod argutè canere. Dixit, & miseram volucrem laceravit. Ita semper evidenti inferiorum pernicie, quævis sublimior laceſſitur potestas. An melius hieroglificon severioris subsellij, & humilioris fortunæ dari potuit? Pari fermè temeritate inconsultus aries, regiam Leonis in se excivit iram. Luporum ille frequentē expertus rabiem, dum suos è vicinis saltibus infestarent greges, in vasto regnantē

spe-

ſpelæo leonem adit, contra vim Lycaoniam fœdera ſancit, ultra preces obtinet dimidium prædæ, quæ Leoni obtigerit. Itur in nemora; ramoſi verticis cervum proſternit Leo, & totum occupat; partem Aries lege icti fœderis exigit, negantem rigidius objurgat Leonẽ, ſed ecce, indignatus ferarũ Princeps ab ignavo proſcindi ovium ductore, furorem, quem in cervum exeruerat, in Arietem, fruſtra inducias petentem, vertit. Diſcite è tot exemplis mortales, ut ſolijs, ita cuiq; validiori cedendum eſſe brachio. Malè integris etiam viribus, contra torrentem gnavus nititur remex. Malè exaſperatam Euris pelagi tempeſtatẽ obverſo tentat navigio Palinurus. Sternuntur arduæ molis quercus, dum Jovis manu ejectis obſiſtũt fulminibus. Spoliatur nativâ luce, dum toto ſe opponit terræ corpore, Luna ſoli. Benè Pòéta: *diſcite juſtitiam moniti, & non temnere divos.* Adorare fas eſt Numina, non pervicacius adoriri. Infelix Arachne, jã aranea eviſceratur in telam, quæ fuſum Palladis carpere auſa eſt. Obruta montibus Phlægra, quæ in cœlum montes emoverat. Trũca-

catur ficto Achelous cornu, dum robustiori colluctatur Alcidæ. Quis tandem abhinc ita temerariæ indolis, malè consultæ mentis, expers sanioris consilij reperiri poterit? qui sceptrorum imperijs obniti, potentûm gloriæ detrahere, eminentiori fortunæ se obicem fistere non erubesceret? certè nihil unicuiq; mortalium salubriùs, nihil utiliùs, nihil tutiùs, quàm ubi suas exploraverit vires, cedere fortiori. 2dus.

MARIÆ honorem tueri salutare est.

Declaratur Narratione.

Amputatæ S. Joannis Damasceni Dexteræ.

QUousq̃, tandem effrenis scelerum licentia immuni grassabitur furore? Quis limes severæ Tyrannidi, ubi prosperis adjuvatur successibus? *æternumnè licebit stare malis? lætosq̃ diu florere nocētes? vexariq̃ pios?* Scilicet invidiosa deterioratæ ætatis ambitio, postquam omnem futuræ beatitudinis exuit affectum, terrestribus saltim ita exsatiari contendit honoribus, ut virtutem, cui felicem obærari novit æternitatem, â commercio prosperitatum hujus sæculi excludat. Quasi solis & ipsis in terra regnare criminibus, solis & ipsis

in Cœlo triumphare virtutibus competeret. Agite, quod libet intra fluxam periclitantis mundi ſphærã proſperata ſcelera, dum intaminatã probitati relinquitis aſtrorum Patriam! ſulphurata ſtyx, aut igneus Phlegetõ veſtros reſtingvet ſplendores; Virtus commiſta ſideribus perenni emicabit Phænomeno. Et quidẽ multum illa ſub coronato Principe, Iſaurico Leone profecerant, ut ſemper, exuberãt noxij vitiorum ſtolones, niſi acriorem ſentiant Priapi falcem, quo magis cùm ipſe Priapus faventẽ iniquiori ſylvæ ſuggeſſerit cùm alimento manum. Excreviſſe omnem mulctã videntur crimina, quæ ſolia irrepſerunt. At mirum eſt Leonem hunc ignibus Erebi non deterritum fuiſſe. Regem ſtygialis flammæ pabulorum, non populorum, ducem ſcelerũ non militum, probrorum non armorũ diceres. Saracenis imperium debuit, illi vitiorum ſervitium Saraceni. Sub peſſimo Principe rubori fuit eſſe probum. Nempè Aulæ regnantium, paleſtræ ſunt Civiũ. Nec uſquam citius combibuntur mala, quàm propinante purpurato Chirone. Itaq; dũ omne fas ut caſtris, ita urbibus Leonis e-

je-

jectū, in Icones etiam Cœli Reginæ, Virginis Beatissimæ itum est. Videre non poterat vel umbram probitatis, in adumbrata coloribus Mariæ imagine perditus Princeps; nec ita telis hostium, ut innocenti telâ, quæ Virgineos circumferebat vultus feriebatur. Virorum fortitudini impar, quos sæpius ex acie fugit, cœlesti bellum indixit Puellæ, nescius illam ipsam esse *Ordinatam castrorum Aciem.* Ergo pro Diva Virgine calami, non gladij stylum distringit Damascenus. Levi telo confici debuerat, gravis Cælo Tyrannus. Castrēsibus alis, unica penna suffecit. Et quidē altius quandoq; subtile literarum acumē, quam Thracia cuspis sauciat, immedicabile vulnus est à sepia, cui suum plerumq; inest venenum. Eia Isaurice! arenam ingredere, instrue aciem, Aquilas explica, tende arcus, denuda ferrum, jam Damascenus mensam pro cespite Martiali occupat, tapetem pro bellica tygride evolvit, byssum paginarum pro holoserico signorum attollit, conchâ sepiæ, pro funda, calamo pro ense armatur, pectus in planum porrigit, manum aptat. Nutant in lacteo papyri æquore fulgidi lite-

rarum apices, ſtant diſpoſiti periodorum ordines, quæ mox globorum officiũ ſufficient. Lunatos acinaces commata ſupplebunt. Moraris? dum emiſſariæ Damaſceni literæ claſſicum belli canunt, galeâ fidei inſtructos confirmant Tyrones, tuorum etiam militum pertentãt, & devincunt animos? dum totus Orthodoxus orbis illius caſtra ſecutus, ſacras Cœli & terrarum Reginæ Icones pro labaris tollit? te, inauditæ poſt Phlegram temeritatis arguit, quod bellum ſuperis inferre ſis auſus? Imò pudeat te! inermem armis aggredi, vaginas paginis, Aquilas foliis, gladios calamis opponere: dumq; nec his triumphas, dolos adſtruis, vulpẽ Leo induis, fingis Damaſceni manũ, quæ non ficta ſcripſit, depaſcente interim beatas imagines Vulcano. O! amuſam Tyrannidem! caſtas Mariæ nives ignibus aduri credis? Rubum Moyſis incombuſtum favillæ dabis? Mare gratiarum in flammas ages? Altare thymiamatum impiâ profanabis fuligine? Cœlo animato vim inferes? Abyſſum ſapientiæ obrues? ſcias, potius, ſcias! quod ardens hic Mulciber ſtygem tibi in terris accendat, tibi

in

in rogum flammas auges, tu mortuus inferni titio sacrilegis ignibus adureris. Nõ hic quievit sæva Barbaries. Confinguntur literæ, quasi Damasceni exaratæ manu, quæ Damascum hosti proderent; accusatur perduellionis Damascenus, raptatur in vincula, manûs, non capitis reus declaratur, mutilatur insons dexterâ. Cur ita? Reatus hic jugulo expiari debuerat, non manu, qui læsæ Majestatis reos facit? Nempè illa, illa manus ferro subijcitur, cui tot urbes, tot provinciæ, tot regna, cui oriens, & occidens incubuerat; illa, illa manus præscinditur, quæ leonis ferociam tenuit, exercitus armis spoliavit, Orbem orthodoxũ sustinuit; hanc secuisse, Isaurici victorias, in integrũ restituisse, fuit. Itaq; Damasci Præfectus Joannes Damascenus, ad suum forum damnatur, vinctus educitur, manum sub securim porrigit, quæ cæsa infami palo affigitur, Huc miseri inanis gloriæ aucupes! regiorum simulacra favorum, aularũ indefessi cultores ac mancipia! huc quodcunq; felicitatis syllabo insertum est nomen! Discite è nostro Joanne, quàm facilè Principũ gratiæ flos emarcescat. E-

âdem Isaurici manu ad præclaros evectq Damasci Præfecturæ fasces, & ad lictoritiam damnatus aliciam. Quid ageret Damascenus? opibus, honore, ædibus, favore Regum, dextera privatus? Ad asylum Marianæ Imaginis confugit, dextram sibi, in lucro amissarum opum, & dignitatis restitui petit, & obtinet; Cælesti Reginæ, quàm strenuè juratus miles pro suo decertaverit imperio, in crudo vulnere demonstrat; indè svavi perfusus Morphei papávere, somno occupatur, dexteram rel ctâ cicatrice purpureâ, â Regum Domina & sua, integram recipit. Hoc scilicet annulô, benignissima Virgo, dilectum sibi despousari voluit Joannē; hoc purpureô filô sanctior Ariadne, è fæculi erroribus, plusquam è Dædalei anfractibus labirynthi, in Patriam Angelorum eduxit innocentem Theseum. Hâc teniâ Regni cœlestis Hæredem distinxit, cùm parum differat. Macedoni in manu quis, an in capite diadema gestet. Ad tantum gloriæ fastigium enititur, qui in albo servorum MARIÆ rccenseri meruit!

3tius.

Magno veniunt bona cuncta labore.

Pòetico commento preſsè demonſtratur.

EXeſte deſides animæ! quibus ignavæ voluptatis & otij diffluere torrentib9, nihil beatius. Magno veniunt bona cuncta labore. Areſcit quævis gloriæ ſemẽtis, irriguo non humectata ſudore. Is victricium laurearum ambitus eſt, ut non niſi benè lotas expreſſo laſſati corporis profluvio, frontes occupare velint. Pulchrè, etſi deformis Æſopus, ſuo id perſvadere videbatur commento, dotibus ingenij, damna formæ rependere conatus. Macilenta, ait ille, miſera, langvens, & exſangvis Cicada, operoſæ, agilis, & benè ſaturæ oſtium pulſabat formicæ, ſæva regnabat hyems, quæ ſolem nubibus, àéra nivibus, terram, & undas atroci compreſſerat rigore. Semianimis Cicada, quæ Cœlo pro papilione & tecto, leni aurâ, pro pabulo, vernantibus pratis pro ædibus utebatur, dum nec quo famem arceret, nec ubi brumæ algorem effugeret, reperiret, pœnè emori cogebatur. Adẽpta omnis ſpes ſolatij, imò & vitæ. Meminit nihilominus, dum ſvavibus æſtatẽ re-

recrearet modulis, quo exilis formica nisu, tenue sibi excavabat antrum, quo fervore pluentes è culmis legebat fruges, quo studio in acervum agebat, quot detrivit semitas, quot in agrum & retro ad limen confecit vias, labore noctu diuq; non interrupto, & mox eò, vel unicum granum refocillandis viribus petitura, se confert. Excepit hospitem formica, sed non eô, quô Cicada speraverat favore. Cùm enim preces Cicadæ intellexisset, quid egerit æstate, quod nihil acervaverit? percontatur; tunc Cicada huc, illuc miseros & vix nictitantes convertens oculos, voce gracili, alâ tremulâ, pede titubante, cecinisse se respondit, cujus ignaviæ formica improperans, *meritò hyeme esuris, quæ æstate canere solebas, ait.* Ita sanè sterilescentes putri ignaviâ animi, extra omnem bonæ frugis spem, fameſcere coguntur. Insepultæ otio mentes, viva sunt funera. Grandia conari, nõ molliter canere; desudare, non culcitris insidere; æstates, hyemesq; pati, non inter svavès volupiæ rosas lascivire, heroicum est. Odissem coronata Stephani Bathorei papavera, quasi somnolentis Endymionibus

bus paterent imperia, nisi ille in præfixa, regiam mentē detexisset, epigraphe; *Nō per dormire.* Via Appiâ, aut Ardeatinâ, id est, per difficultatum aculeos, & ardorē, æstumq; curarum, tutiùs, quàm viâ Aurelia, id est prosperitatis, Capitolium petitur. *Vade piger ad formicam!* & disces, quo lucro magnis adoletur laboribus.

4tus.

Regiū, malo mori, quā fœdari, Chriâ expolitur.

SOlia pro rostris, Reges pro Oratoribꝰ, classica belli pro encomijs adstruant Palæstræ! ut dignam Regio Principe, dignam Augusto coronarum hærede, dignā Magno sui ipsius Imperatore Casimiro, concinnare possint panegyrim. A. O. Nisi Angelicas potius exigat laudes, Angelus hic regni. Et certè inter Attalicas non deteriorari opes, inter sybariticos non eluxari luxus, inter svaves non indormire Syrenes, inter Pæstanas non lascivire volupiæ rosas, inter malesvadas gynecæorū non diffluere illecebras, Angelorum non hominum est. Habet quas adoret in suis Principibus virtutes Sarmatia; in Boleslao Audace fortitudinem, in Krywousto magnanimitatem, in Pudi-

co verecundiam, in Vladiſlao Jagellone pietatem, in Caſimiro Magno honoris Divini zelum, veneratur; ſed hæ ut ſceptris debitæ, ita mortalibus communes ſunt; at carne indutum, carnis exui vitijs, inter flammas non uri, inter viſcoſas Veneres caſtum agere, ut Angelicum, ita Caſimirianum eſt. Ad examen cœleſtis libræ dabimus, plusnè Jagellonici fœcũditatem ſcirpi in tot ſæculorum Regnatoribus Jagellonijs, an ſterilem in Caſimiro virginitatem æſtimare debeat? Certè omnes Auguſtos Polonia numerabit mẽſes, imò & momenta ſub virgine Principe. An illa non oris Angelici & regiæ vocis teſſera? *malo mori, quàm fœdari.* Scilicet nil aulis Principum convenientiùs, nil ornatius, nil præſtabiliùs eſſe rebatur optimus Princeps, quàm verecundi pudoris cohoneſtari purpurâ; & ad æſtũ coronatorum ſiderum, caſtas innocentis animi non liquari nives. Ita eſt A. O. vitæ pretio hæc gemma emitur; quod ubi oratoriâ pectoribus veſtris inſtillare audebo facultate, peramicas aures imploro.

Non minus humanum, quàm Divinum eſt,

est, immunem cujuscunq; etiam umbratilis maculæ conservare mentem, postquã mortali glebæ, immortalis Dei imago, fragili naturæ, quæd Divinitãtis portio, animato solo cæleſtis Spiritûs eminentia, sanctiori ipsius Universi Artificis spiraculo impressa reperitur. A. O. Quid enim magis ambitiosum mortalitati, quam ad superorum eniti dignitatem? quid magis glorioſum creaturæ, quàm Authoris sui intaminatum circumferre exemplar? quid paulò minus ab Angelis honoratæ indoli magis honorificum, quàm Angelicam nõ imitari tantùm, sed & adæquare puritatẽ? Quàm pulcher honor! Numina in terris educari, sydera accendi, cœlum in aulas transportari! Castimonia est Parens superûm, quæ sydereo ubere Empyrei ablactat Dominos, & hæredes; Originalis lux est, unde majora cœli luminaria emanant; Ingeniosa astrorum opifex est, quæ seu Regias, seu privata mapalia, in æthereas efformat sedes. Illa, illa homines commercio hominum eximit, ut Divorum syllabo asserat; illa à brutis animantibus mortale genus discriminat, ut immortalitatis sertô coronet; illa supra

suas

ſuas debilem naturæ ſtatum elevat vires, ut Deo aſſociet; & necdum merebitur, ut dulcis etiam vitæ diſpendiô, maximarum quarumvis opum detrimentô, honorum vilipendiô, largiori ſangvinis lytro redimatur? Roſa hæc taxó inſerta, in ſerta perennia eviſcerit; Palma hæc, inter triſtes cupreſſi umbras, animoſius in frondes exuberat; Lilium hoc, lolio feralis Lybithinæ non læditur, nedum obruitur; in agone vegetior, in febribus excitatior, in cinere floridior, ſub ſecuri audacior, in equuleis liberior, in flammis formoſior, æq; in Thalamis ac tumulis, inter aulæa ac Mauſolæa, ſub arroganti murice, ac erogato ceſpite immarceſcibilis virginitas. Pudeat veteris impudentiæ ſæcula! quæ laſciva quæq; nomina, ut Numina coluêre. Jovinè juſtus ad aſtra titulus, à prævis ſemeles, aut Lædæ, Caliſtûs, aut Ino facibus? Improba Venus vulcanijs irretita caſſibus Cœlũ merebitur? Phæben in Dearum conſortium Endymion, Auroram Tithonus? Apollinem Daphne? Priapum grex Napæarum librabunt? Quid aulas Principum in Lemurum caulas? aras ſuperum in haras

pec-

pecorum? sceptrorum Dominos, in spectra? Regum vestibula, in Erebi stabula, deplorãdâ agit metamorphosi? Quid fulgido murici, atram stygis fuliginem? aureo velleri, ferream saniem? conchylijs optimatum, virus pessimum? Famæ Aboriginum, inducit fumum? Quid sanioris consilij mentes, reddit amentes? quid vigiles prudentiæ Argos, rudi & æternâ obcæcat nocte? quid æquius judicium ad urnam Radamanthi damnat? quid omne rectæ rationis adimit lumen? Nonne improba hæc vitiorum ablactatrix, curiarũ dedecus, trabearum tinea, coronarũ ærugo, sceptrorum caries, fascinus animorum, populi incantatrix, luxuries? Quot sæva hæc Circè, nescio quàm cauti Ulyssis socios, infami suo delinit poculo, ut haræ porcos asserat? Quot crudelis syrenê, infelices svavi modulo distinet remiges, ut tristi absorptos naufragio devoret? Quot rabiosa charybdis tumido jactatas fluctu onerarias in saxa latrantia agit, ut in altum præcipitet? At innocentes castitatis Æthesiæ, bajulas optimæ frugi, heroibus carinas, insulis applicant fortunatis. Rosea intaminati pudo-

doris Aurora, ſerenos æternitatis portẽdit dies. Niveus caſtæ mentis olor lætũ vitæ immortalis occinit melos. Hac intemerati pectoris, teneros ſuperũm ſibi innutrit amores, Flos hic rubiginosâ etiam Parcarum manu attrectatus non marceſcit, hyemem lethi non expavet, Aquilone non gelatur. Illius ergo non potiùs legi, quàm Epicureo gregi, Reges adſcripteris? Illius caſtris, caſtos eximes Hyppolitos, ut ignavis Cythereæ ſignis commiſceas? Illius aras ſubvertes, ut idòla Pryapi erigas? ſed noveris, non bene gẽmas viliori glebæ præponi, auro Dalmatico Mæoticam uliginem anteferri; roſam cicutæ, thymum abſynthijs, violas lappis, lilia carduis poſthaberi. Eja Mavors! aciem inſtrue, claſſicum cane, ſigna evolve, armati pro caſtitate Tyrones deſcendunt in arenam. Ignito Aquinas titione, contra tela cupidinis munitur; Edmundus Cãtuarienſis Tyaræ grãde ſydus, pro gladio virgas arripit, ratus imbellem Cythereæ puerum virgis melius coerceri quàm ferro. Bernardinus pro haſta flagro, Voiſtanus pro cãpulo, pugno, animoſiores impudicæ Ve-

ne-

neris castra triumphant. Isaacius Commanus, æquè orbis, ac sui imperio felix Princeps, pro militari cespite, ferali lecto affigitur, ut inter languores fortiùs pravo confligat cupidini, dum parum sana, etsi sanitatis recuperandæ gratiâ medicorum aspernatur consilia, vitæ periculô clenodium virginitatis nundinatus. Sed quorsum tot heroum exempla! Unus toti expugnandæ Papho, sufficit Casimirus. Ignavi Cythereidæ arcum arcuatis in cælum refellit manibus, venenatas cuspides, ejaculatorijs confundit precibus, torridas faces amoris Divini subjugat & extingvit flammis. Videre erat inter ardentes æstuantem febres, velut inter bellicos ignes, venarum pulsib9, ceu quibusdam verberari balliftis, torreri lingvam, manus viribus exui, pedibus langvoris compedes inijci, nihilominùs integri animi Regius Athleta, pro integritate pudicitiæ colligit robur, erigit mentem, armat lingvam, medicos, in antidoto, philtrum libidinis sibi offerentes arguit, ac demum velut olor moriēs triumphale canit. *Malo mori, quàm fædari.* Et hic verus est improbæ voluptatis tri-

um-

umphus, si credimus purpurato Doctori Bonaventuræ. *Majus est corpus subjugare, quàm regna subjicere.* Utinam hic omnib9 amor, hæc mens, ac animus foret!

Quæq; pati satius charæ dispendia vitæ,
Quàm turpi corpus labe notare Paphos.

Quod ut compendiosiùs dicam, Utinam vivat in nobis Casimirus!

ARCUS FÆDERIS
Septem Sagittis, ceu radijs instructus.
MARIA de GRATIJS.

NOn humili aliquo, repentis in arenâ scholastica eloquentiæ conatu, aut fuliginosâ educatæ inter Atticas noctes noctuæ alâ, sed vel Angelicis è classe Superûm lingvis, vel decocta ad apricum Solis Regiæ volucris, & Jovis ministræ instructus sit pennâ necesse, qui in sublime laudis Marianæ fastigium, non temerariâ cultioris svadæ eniti præsumit panegyri. A. O. Grandis, & à vulgari prorsus exēptæ studio, facundiæ, labor est; oratoriâ lucubratione augusta Nomina, florido verborum apparatu Regales purpuras, laxioribus periodis vasta imperia, maturis conceptibus adultos fortunæ Principū partus, non inerti stylo Curiarum aggred. sty-

ſtylum, ubi qu dquid dixeris, maximum; quidquid conceperis, optimum; quidquid cogitaveris, ſereniſſimum, vires ingenij ſi non ſuperabit, laſſabit certè; ſcilicet purpurata Trajani encomia nonniſi Oratore Plinio dignè ſatis recenſeri poſſunt; Æneas Homerum meretur; armatas Pyrrhi laudes ipſe tentaverit Cyneas; Stiliconis gloriæ non niſi Claudiana par Muſa. Rarior phœnix, an olor Mantuanus, qui à gregibus proficeret ad Reges; & æquè aulas, ac caulas, æquè papiliones, ac opiliones, æquè Melibæi caſam, ac Regiã Priami gazam, æquè Georgica ac Æneidẽ caneret. Rarior Venuſinus, cui per idem eſſet Auguſti trophæa, aut innocentem ruris beatitudinem, molli ludere barbito. Alexandri victorias non niſi Apelles terſiori adumbrabit penicillo. Quid verò ſidereis MARIÆ honoribus auguſtius? cui imperatrices ancillantur purpuræ; quid Regio illius ſangvine magnificentiọ? quæ ut in conchyliato Principum enutrita ſinu, Genitrix ſic maxima Regis Regum; quid fulgenti ejus ſolio præſtantius? quã in aſtrorum Republica deaurato radioſã ſyrmate, ad dexteram omnipotentis, Re-

ginã Jeſſeus adorat Vates. Hinc jàm metire, quid audes, qui Jonium gratiarum MARIÆ, tenuiel quentiæ phaſello trãſfretare contendis? Plerumq; tamen *ore* etiam *minori ingenioq; volunt Numina magna coli.* Aquilarum clangoribus, vocales ſociantur alaudæ; canora olorum claſſica pumilæ æmulantur luſciniæ; Divinum opus, telam Palladis vilior imitatur Arachne; quidni & meam urant ejuſmodi incendia mentem? ut, quamvis ad Tulliana humiliori ſtudio non excreverim roſtra, Marianam nihilominus declamare audeam dignitatem? quàm ubi ſeptem armatám veneror ſagittis, Arcum fœderis telis pro radijs inſtructũ, in Mercuriali vobis exhibebo adumbratum cœlo. Habet ſua arma Cœlum, quæ victoriosis regnorũ obijciat armis; habet palmaria ſigna, quæ bellatricibus opponat ſignis; habet reflexos in nubibus arcus, quos arcubus impingat. A. O. Adeoq; caſtrorum, & Aſtrorum, cæleſti, & Martialis pili, ſtellarum varios ejaculantium ignes, & ſtellatarum bellica metuendarũ flamma, Empyrei, & imperij, fulminum Jovis; & flaminum Martis, ſyſtemmarũ

&

& ſtativorum quædam vel in ipſis nominibus intercedit affinitas. Enſe Hectoris armatur Ilium, ſiderum patria rigoroſo Orionis protegitur enſe; ægide Ajacis munitur Græcia, aſtrorũ Reſpublica Perſei tutatur ægide. Aquilis victricibus, palmarum fœcundior Gradivi effulgurat ceſpes, radioſæ cœleſtium facum acies triumphant Aquilis; Exuvijs Leonum rigent formidanda heroum tergora, luminoſa ſphærarum corpora Julij Leonis incaleſcunt exuvijs; baltheo militari accingitur pugil, gemmanti Cœlum fulget Zodiaci baltheo; ut, vel inde noveris æternum inter aſtra & terras fædus, cum aut ijſdem, aut paribus utrinq; decertetur telis. Sanè auguſta ſuperorum palatia & baſilicæ Principum arces ſtricto nimium amant innodari jure. Benè currunt illuſtres conſiliorũ rotæ, quoties, unitâ cœli ſphærarum virtute aguntur. Nullus felicior, quam inter Numina, & coronata Nomina nexus. Phænomena, ſunt purpurarum ſidera, quæ aliunde lucere nolunt, quàm è Cœlo. Quot ſi ſeditioſa diſſentire tellus, aſtris inferre arma, perniciolam bello accendere Phlegram, fædifra-

gas in ſuperos cogere vires, totis furere imperijs, infelix claſſicum Martis canere intentaverit, *ut ſemper mobile vulgus, atq; ferùs prorſus rara eſt conſtãtia terrũ*; nec cœlum inerme ſentiet. Ut in fœdera, ita in funera orbis promptum eſt. Quid minax tonitru? quid flammis rubentia fulmina? quid denſæ grandines? quid procellæ aliud? quàm exitialia mundo portendunt jacula, quæ arrogantes mortalis ſuperbiæ criſtas, quæ improba ſceleratorum capitum molimina, infames menſarum luxus, cæcos exoculati cupidinis ignes, quæ exundantem vitiorum colluviem, juſtâ ſuperorum urgente Nemeſi, obruant, diſſipent, atterant, eradicent. Quid ſacrilega Juliani profecit manus? venenosâ imbutas ſanie, quas nervo expulit in Cælũ, pati in lethali vulnere coactus eſt ſagittas. Eodem feritur telo, quo aſtra ferit; ut ſciat ijdem Cœlum in impios uti armis, quibus oppugnatur ab impijs. Mẽtitus fulmina & Jovem Salmoneus, fulmine cæditur. Adeoq; vel hinc, cœlum in ſcelera armatum, nemo ambigat. Sed jam *pax alta coluros occupat, & blandi ſpirant quid mite Triones*. Creditis A. O.

Mer-

Mercuriale apello Cœlum, ubi ſanctiorē in MARIA Divini Fœderis Arcum oratorijs effigiatum coloribus intueri licet. Pacati hoc ſymbolum ætheris eſt. Nempè, ſi totū ſolaribus radijs amæniorThaumantidos hemicyclus debet fulgorem, ſi ab eodem formatur, cujus impreſſam, exhibet lucem, ſidere, ſi id, quod concipit ſerenum, formiſiori reddit imagine, quis MARIAM, nobiliorem Cœli Arcum eſſe negaverit? Illa infinitum Solis Juſtitiæ combibit & exhaurit ſplendorem, dum virginali DEUM circumambit utero; illa æternæ lucis ut filia, ita & luminoſa Genitrix, alumna & altrix, gerula Numinis, in cujus manibus geſtatur; ſiderum Principem concipit, à quo concepta eſt, priuſquam conciperetur; hunc felici enititur partu, cujus ſapientiæ partus eſt; hūc nectareâ ablactat mammâ; à quo in ſuis Aboriginibus cœleſti paſcitur mannâ, hunc in innocenti ſinu dulcem ſarcinam portat, cujus mentis ſarcina fuit; proinde quid de lumine, niſi lumen? quid de auge niſi augem? quid de flore, niſi florē? quid de gemma, niſi gemmam? quid de murice, niſi muricem expectaveris? Sa-

nè nullibi digniùs innube emicat & concentratur ſolis ſerenum, quàm in Auguſta tot ſereniſſimorum Judæ ſiderum Nuru MARIA; nullibi palmariùs effulgurat, quam inter avitas Jeſſeæ Virginis palmas; nullibi commoratur proſperiùs, quàm inter tot regias Marianæ Geneſeos purpuras, quæ prototypam lucem, purpuratâ Aſtrorum Paterni ſangvinis imagine, Regium Solis Juſtitiæ jubar, coronato ſplendore, victricem ut Erebi noctium, ita procellarum lucem, triumphalibus Majorum ſertis æmulatur. Sint, ut fuêre ſemper, exoſa veritati nomina, Pòétæ! hic tamen Marianis contribuere videntur laudibus, ubi noſtræ in ſuffragiũ propoſitioni, eundem nuncupant ſolem, & Apollinem; & dum hunc picturato arcu, ſagittiſq; inſtructum, illum radijs ad Iridem reflexis effulgurantem aſſerunt, radios pro telis, nubes pro pharetris, Taumantiados hemicyclum pro arcu, imò & tela pro radijs, pharetras pro nubib9, Arcum bellicum pro arcu cœli, conſvetâ ingeniorum ſubtilitate permutant, & transformant. Noſtræ ſubſidium panegyris hoc eſt. Poſtquâm enim Divinio-

rem

rem Juſtitiæ ſolem, reflexa ad Virginalem MARIÆ uterum majeſtate adoravimus, MARIAM de Gratijs ſeptem ſagittis communitam è Faventina clade didicimus, eandem formoſiorem cœli Arcum confiteri debemus. Radij clementioris cœli tela ſunt nocentibus, tela indignantis Poli in radios Clementiæ accenduntur probis, utrumq́; in Arcu Fœderis MARIA reſplendet. Pro terreſtri tamen orbe, non contra orbem, in ſuppetias mortalitati non in excidium, miti hoc MARIÆ arcu armatur cœlum. Quis oratorio attingat conceptu, aut plena exaggeret dicendi facultate? quot ſanctior Titan, DEUS HOMO ab hoc Gratiarum MARIÆ hemiſphærio ſuaves clementiæ ejaculatur radios? quot pectora ſauciat dulci amoris vulnere? quot ſalutiferos figit ictus? quot è ſubactis inſtinctu divino mentibus agit triumphos? quot immarceſcibiles cælo aſſerit laureas? quot ſerta nectit? dum æquè Regias ædes, ac mapalia, Curias, & tentoria, aras & arces, urbes & orbem Marianis opplet laudibus, offundit muneribus, recreat gratijs, devincit honoribus, pal-

marem innocentibus cœleſtis beneficentiæ telis exhibente ſcopum, unico humanæ ſalutis emolumento; & quamvis hic etiam, *Concipit arcus aquas, & pabula nubibus adfert*; volo dicere, grandem plerũq; movet oculorum procellam, ubere mærentes pupillas inundat pluvia, triſti genarum vapore, nubes ſingultientis & latebras ſingultibus quærentis animi coacervat, verberati frequenter ſupplice manu pectoris, educat tonitrua, minax ſupercilium ſevero in Erebum armat fulmine, nihilominùs lachrymis ſolatia, luctu gaudia, mærore lœtitiam, nubilo ſerenum, pluvijs ſudum, tempeſtate malaciam, metu ſecuritatem, rigore blanditias, bello auſpicatur pacem; ubi noxas in innocentiã, crimina in probitatem, vitia in virtutes thaumaturgo effingit, & elaborat influxu, ut nihil ab ejuſmodi conſpicua Arcûs Fœderis acie noxij, nihil cruenti, nihil exitialis, funeſti nihil metuas, qui ipſius tantum derivati à ſole Juſtitiæ clementioris ſereni effigiem circũfert. Terreſtrium ideſt aularum ingeniũ, irriguis populorum lachrymis, velut ſvavi quadam ſaturari ambroſiâ, & crudelibus

bus limina sepire ferarum rictibus, ut formidentur. Nec satis augustum fulgere sibi muricem existimant, nisi civili abunde tingatur sanguine. Ornantur fascibus, ut armentur securibus. In sceptris virgas, in coronis compedes, in solijs solitudinem regnorum alunt. Calent in purpura, ut accendant cruoris sitim, quem toties è jugulis populorum fundunt. Stipantur armis, ut tot acies suis opponant civibus, quot illorum sunt asseclæ; adeoq; Prætorij enses, nihil præter tortorios ictus & funera spirant. Aliter longè, aliter mite Cœli propagatur imperiũ, quod arma, nonnisi publicæ in auctoramentũ pacis ostentat; & dum multiformem tẽdit arcum, non varias clades, sed diversitatem solatiorũ præsentat; Aliter speciosior MARIÆ hemicyclus emicat, *dii picturato cœlum distingvit amictu.* Serenat venustatas hilaritate mortalium in vultu Charites, non cruentã designat aciẽ; fœderũ, non fœdæ Tyrannidis, olearũ non cupressorum, pacis non belli problemma est. Equidem habet sua etiam Marianus Arcus jacula, quibus armatur, habet MA-

RIA ſeptem ſagittas, quibus Virgineæ gravantur manus, habet peſtifero imbutas veneno cuſpides, qui Thracum mos eſt, ut immedicabile reddant vulnus, ſed hæ aciei obtuſæ, expennatæ, fractæ ut ſcias rigoris eſſe ſpolia, non ſeveritatis inſtrumenta; Clementiæ, non furoris inſignia; gratiarum trophæa, non pœnarum terriculamenta; & toxicum hoc peſtiferæ luis, quo infectas novimus, jam antidotum, non lethale malum eſt. Adeſte Faventini Cives! adeſte Heſperij Principes! ſquallida funeribus mœnia, pallidi manes, evacuatæ arces, populi exangves, amictæ luctu Curiæ: mortualibus referta acervis compita adeſte! vos armari cælum in vindictam, vibrari ignita Divini furoris tela, grandi ſævire ruina & clade ſenſiſtis, ſed ad hæc, miti aſtra nitere ſereno, exarmari æthera, ridere auras, novâ amœnitate vernare ſpectaſtis, cum ſupplex pro terris MARIA erectas in cœlum arcuaret manus, ſe totam in munimen regnorum expanderet, radioſo Urbem obtegeret peplo, expulſas cœli nervo ſagittas attineret, & quaſi evidentes ſuperati Numinis manubias oſtentaret,

aut

aut in se averteret toxicata pestis jacula, quæ in mortales sævire debuerant, ut vel inde concludat orbis, Gratiarũ MARIAM, mitiorem inter astra & terras Fœderis Arcum adorari, cui cœlum in pharetram, Divinæ alimenta offensæ in spicula, Humanati Verbi Unio, in nervum sese accommodant. Utinam verò, utiã nostra quoq; Sarmatica Arctos, in Thraces arcus, & metuenda Getici Martis fulmina, in Balthicos leones, & Rossiũ daconem, in tot exotica mala, & civiles æstus sanctiori hoc MARIÆ muniretur Arcu! ad cujus felicem exortum gladij in vomeres, asciæ in sarcula, prælia in encænnia, aquilæ militares, in mansvetiores columbas facilè degenerarent. Jam verò quid nostro formosiùs Arcu? *quem vaijs pingit clementior ignibus æther*, quid venustius MARIÆ ut corporis, ita animi dotibus? aureum venatrici Dianæ affinxit Græcia cornu, quo fugaces insectabatur feras; vario distinctum colore sua Apollini obtulit Delos, *quo immanes Siculo stravit Cyclopes in antro*; Æreum Herculi natales exhibuêre Thebæ, quo depascentẽ, toties integra, quoties exesa Promethei vi-

viscera necavit aquilam; Parthis, Cilicibus, Getis ut ipsum *Puniceo cornu pictum ferit æthera tergo, sic ornat calamos purpura nista suos.* Nobilior MARIÆ Arcus, quia minētior astra petit, non Martialē campū, licet ut superos tuetur, ita & terrarum Dominos; nec à Coo emendicat penicillo, sed è siderum Patria *mille trahit varios adverso sole colores.* Quæ Phrygia manus, it opulentos Attalo, aut Pygmalioni acu pinxit murices? quis textoriæ Palladis labor eo triumphavit flore? quæ sic Ægyptu Regium Cleopatræ ostrum diverso vientibus igne distinxit gemmis? ut MARIAM luminosior Justitiæ Sol cæleſtibus exornavit decoribus? Hîc, hîc aureos Divini amoris spectare licet fulgores, quos illi pro Apelle, aut solis radio, aurea indixit charitatis flamma; hic purpuram, ut Regij sangvinis, ita innocui pudoris aspexeris, qua eam Virgineus amicivit cādor; hic immarcescibili fas est recreari integritatis virore, quo illi sua adstipulatur puritas; hîc cæruleum, hîc niveum adoraveris jubar, illo cœli, hoc virginū gloriam exsuperat splendore; hic violas, hic hyacinthos imitante sereno, coruscā-

tem

tem videris MARIAM; illo ancillaris humilitas, hoc inimitabilis patientia eam illustrat sidere. Ipsa hinc arcentur viva Æthyopum funera, proscribuntur atro carbone notati colores, damnantur umbræ, elimantur nigricantes maculæ, quia & omnis primitivæ labis removetur fuligo. Scilicet innocentior hic Arcus à sole quidem pingitur, sed non decoloratur. Filia Lucis MARIA, serenum combibit, non nubila; diem, non noctem; sidera, nõ tenebras; adeòq; solari coronæ, non intoxicato Adæ malo suam debet originẽ; sphæris, non paradysi sepibus; altrici gratiæ, non peccatrici Evæ, cœlo non solo, unde sidereas derivat dotes. Certè ad verecundos MARIÆ vultus, ipsa erubescit Thaumantias, pudore offunditur Aurora obscuratur Phosporus; ad innubis illius oculi expertem fastûs modestiam, tremulæ stellarum vacillant acies, erratica componuntur sidera, salaces delitescunt Capreæ; ad svaves exporrectæ frõtis Irides, aurea Jovis vilescunt astra, nõ satis maturus in sublimi auge æstuat Titan, radiosior deficit lucifer; ad innocens albentium genarum lac, Junonio nectare

suf-

ſuffuſa palleſcit Galaxia, caperantur Plejades, Gnoſſia ecclypſantur ſerta; ad oris purpuram, omne flammatur ſerenum, omnis venuſtior emicat ortus, omne æſtu cumulatur ſudum. An gratior uſquã ſolaribus pictus radijs cœlo inducitur Arcus? Aſſurgant jam obſtipæ quantumvis nubes! glomorentur ſtridentes procellæ! ſeveriorem nubila ejaculentur grandinẽ! glaciales depluant nimbi! atroci Boreas decertet hyeme! contumaces deprælientur Euri! *Therijcij cœlum rapiant mærentibus agris Hyppotadæ!* detonet æther! fulgurent auræ, igneſcant fulminibus Poli! ad dulce ejuſmodi Mariani Arcûs ſerenũ, facilè detumeſcent, ut jam non queramur, tot tantiſq; periculis eam nobis conſtitiſſe beatitudinem. At verò, quid nox atra tempeſtatis, quàm conjurata in mortale genus deſignat infortunia? quæ turbido ſæpè orbem ingurgitant cataclifmo; quid ſæva hyems imbrium? quàm depluæ in omne faſtigium calamitates, quæ pleno ut Regias, ita minora domicilia abſorbẽt alveo; quid rigida hyberni Jovis procellæ? quàm innumeræ ſolicitudines, quæ maximas etiam terrarum obruunt proſperitates,

tes; adeòq; hinc jam, largioribus gravari malorum procellis, premi ærumnarum tempestate, iratæ sortis flagellari fulminibus, sævo adversitatum terreri tonitru, distrahi curarum Aquilonibus, nobis in lucro & pretio est, siquidem aliter clemẽtiori Gratiarum MARIÆ recreari Arcu, nisi post gravida infortunijs nubila, aliter beari, nisi post sævas cœli hyemes, non possumus. Magno semper accedit emolumento, minima quæq; felicitas, quæ majoribus emitur incommodis. Nunquã prosperiùs optato invehimur portui, quã naufragijs; nunquam gratior locuples auri vena, quam longis excisa sudoribus; aurei Hesperidum fructus, ab immani superato draconis rictu, victori æstimantur Alcidæ. Plurimum Jasonios ausus Phryxæum commendat vellus, quia, *per vasta pericula ponti, æripedumq; boum juga cæsa, truceſq; veneno Colchiacos angues longo certamine partum.* Nobis, ut communi mortalitatis syllabo assertis, eo majori quævis ærumnarum asperitas obtingit solatio, quo præsentius in illis experimur MARIÆ gratiarũ auxilium. Scilicet hic etiam cœlestis noster Arcus, onustis, tempestate nubi-

bibus imprimitur; aut imbribus exonerat æthera, aut novos ingenerat; quasi Marianæ Gratiæ, non nisi amarioribus pœnitentis pupillæ alantur nimbis; & tunc maximè fulgeat nostra formosior Iris, ac venustos beatitudinis ejaculetur radios, cum tristia calamitatum nubila, omnem prosperioris diei deprædentur lucem. O! felix, pessima quæq; humani generis cõditio! quæ tanto Gratiarum MARIÆ stipatur comitio. Assentior hic curiosiori Stagyræ, quæ ex refractione solarium radiorum omne cœlestis Arcus emanare docuit jubar, quia & MARIAM maximorum Supremi Numinis favorum confiteor typum, quæ ita expressam in se præsentat virtutis Divinæ imaginem, ut nihil ultrà illam perfectius, nihil nobilius, nihil sanctius, nihil augustius, orbis desideret, adeoq; in illa quiescit omne desuper veniens auxilium, ad illam refringũtur tutelares cœli gratiæ, ut terras exhilarent, illi toto se infunditur DEUS, ut in mitiori sereno se præsentet hominibus. Dubitabitis adhuc A.O. MARIAM Cœli fœderum sanctiorem nuncupare Arcũ? quàm septem instructam sagittis, tot niten-

tentibus Solis Juſtitiæ informatam radijs, tantâ virtutum ſtipatam varietate, tot Gratiarum fulgidam ſplendoribus, veneramini? Arcum triumphalem, pro hoſtilibus manubijs, enſibus, & clypeis, ſagittarum ſpolio, id eſtDivini furoris, & Libithynæ exuvijs ornatum, eam aſſerere malimus. Sive tamen caſtrorum, ſive aſtrorum, ſive fœderum, ſive triumphorũ Arcũ dixerimusMARIAM, Tutelare ſemper & certũ orbis adoremus Præſidiũ. Igitur.

Dum furor æthereus, dum cædẽt fulmina terras,
Arcus Virgo, precor, Fœderis eſto mihi.

VICTOR HERODIS VINCTUS JOANNES.

OBmuteſcite garrula in Delphico Tripode Oracula! ſilete roſtra! aliã nos dicendi facultatem, verborum ornatum, figurarum elegantiam, Troporum florẽ, à voce clamantis in deſerto Oratoris, imperfracti Athletæ, Victoris celeberrimi, Divi JOANNIS hodie derivamus. Deſcendite mecum A.O. ex hoc literarum emporio in ferarum indágines, à Palladio ad Spelæa, ex Academi umbris, ad arborum umbracula; Comitemini favente oculo abeuntẽ in ſylveſtres ſaltus, è Ca-

thedra, è clivo Parnassi, in Colles Sionis, è Campis eloquentiæ, in valles solis leonibus pervias. Suffragemini votis & animis, periclitaturo inter semiferos Satyras, pro dulci Musarum contubernio, inter horridos Fauni & rusticorum superûm greges, pro Phœbi, & cultioris Atticæ Reipublicæ imperio, inter ululantes nemorum bubones, pro noctuis Minervæ. Sanctiorem ego hodie stylitam, non stoicum Oratorem, Eremicolam non Athenæi incolam, Sylvium, non Tullium, in deserto non in disertis exedris, in lustris pantherarum, non in porticu Socratis, in rudi cespite, non ad mensam Platonis, sub umbrosis quercubus, non sub arbore Porphyrij instituere contendo, dum JOANNEM intueor. Emenda lingva errorẽ, dicere debueram, ex eremo in arenam belli, è ferarum latibulis in apricum Martis, è sylvescentibus areis in aciem Gradivi commigravi; ubi non vocalis echo, sed æris classica præludent trophæis, non decorticati stipites, sed evaginati enses dimicabunt pro laurea, non ramosa brachia, sed militares manus prehendent insignem, quia primiceriam glorioſi Martyris

ris Victoriam. Nimirum palmare eſt auguſtis heroibus, ſuo aut hoſtium perfundi cruore, maſculam cædibus exercere indolem, vulneribus offerre frontem, periculis innutrire animum, pati deniq; enſes, ferre ſecures. Non ad illuſtres focos, ſed ad nitrati pulveris incendia clareſcimus; non è natali gleba, ſed ex Martiali ſtadio palmarum colligimus meſſem; non in patria curuli ſedendo, ſed aut in Olympiaco curriculo, aut in curru Scythicæ Arctos colluctando, hoſti extorquemus corymbum. Ex morticinijs cadaverum immortalis vitæ auſpicium prognaſcitur. E tumulis trucidatæ barbariei, pullulant victoribus, ſerta perennia, in cranijs adoleſcunt coronæ. Erubeſcũt purpuræ abortivas Sardanapali delicias, cui fuſum potius, quàm fuſus ſangvis, colus, quàm demeſſa hoſtium colla placuerunt. Faſtidiunt Heliogabalos ſolia, qui plus flore hortorum, quàm irrorante clypeos cruore, plus diſcorum ſerie, quàm ſcutorũ denſitate, plus obſonijs, quàm Martiali fame, & famâ delectantur. Excutiunt ignavos Sybaritas, faſces, qui aliã cœdẽ, quàm à punctura ſpinarum inter roſas, a-

liud prælium, quàm cum delicatis floribus, aliam palmam, quàm ex acie mensarum non noverunt. Unde & sanctior Athleta noster, ut magnitudinem nominis sui impleviſſet, quo non surrexit Major, ex oraculo æternæ Veritatis, ipsa deserta Fauni, in arenâm Martis, Herodianã Tyrannidem in trophæum, carcerem in stadium gloriæ sibi adaptavit; bellicosus Eremicola, victus Victor, cæsus Cæsar, captivus liber, ibi arma, laureas, triumphos, libertatem, Cœlo, Religioni, sibi quæsivit, ubi alij amittere cogerentur. Meritò à nobis hodie auguſtiſſimus barbariei Judaicæ, & Tyrannidis Regiæ Victor, vinctus Joannes demonstrandus. Enimverò desudet quantum vult universus illi in elogia Orbis; dicat orthodoxa Eccleſia Solis Phosphorum, Anteambulonem Numinis, os Veritatis: vocent Principes Regiarum Directorem, soliorum sulmẽ, morum Catonem. Urbes pacis Arbitrũ, Sanctum Civem, Pharon publicæ felicitatis; Judæa, Coronam Sionis, Indicem Dei, sanctiorem in aquis Baptiſmalibus Neptunum; Exoticæ gentes, Lumen fidei, Interpretem cœli, Lingvam æternæ sapientiæ,

Ana-

Anathema perfidiæ; attenuet ipſe virtutis ſuæ molem, in arundinem vento agitatam, in echo deſerta oberrantem; Prædicent Aſtrologi novum Sidus; Geometræ Magnitudinem ſinè menſurà; Æſculapij, Medelam ſalutis; Peripathetica ſubtilitas Argumentum ad hominem, Theologi, Sapientiæ Expoſitorem; ego cum Victorem dicere aggredior, laudū epitome, Joannem dixi. Nempe ſi auguſtum heroicæ indolis theatrum orbem apellabimus, primam hic egit ſcenam Heros noſter Joannes, ſi Eccleſiam terreſtre cœlum dixerimus, hic Atlas & Hercules eſt, in cujus lacerto illa recubuit. Si Regias, virtutum Palæſtras vocaverimus, hic Athleta noſter decertavit. Si Civitates emporia pietatis nominabimus, Joannes ſtipendiarius & Anteſignanus, probitatis labarum extulit. Si Judæam nutritiam veræ Religionis, Gentilitatem Ancillā veritatis æternæ proclamabimus, illam ſanctus Martyr ſui ſangvinis alimento lactavit, hanc baltheo conſtantis doctrinæ inſignivit. Si ſcientias, arenam ingeniorum ſcripſerimus, Joannes ſapientiæ Oraculū, rudis Judaicæ perfidiæ triumphator, tot

hic laureas meſſuit, quot modo ſcientiæ lumina adoramus. Ita, ut quiſquis ſe mũdi incolam, militantis Eccleſiæ aſſeclam, coronarum Dominũ, Urbium propugnaculum, Idumeæ gloriam, gentium expugnatorem, Univerſitatum florem nuncupaverit; ab hoc uno Victore Coloniam, à Duce ſtipendia, à Principe ſolia, ab Athleta, vires, à galeato Marte palmas, ab Agno Joannis belli arietem, ab infracto ejus pectore clypeum emendicet neceſſe. Et verò ſpectate jam militare ſagum in ſetis camelicis, ut Martẽ veneremini Joannem. Cernite bellatrices Aquilas in explicato Crucis ad ſpeciem vexillo, ut domitorem Tyranni credatis. Videte palmarem clavam in ſcipione, ut Ducem & Herculem confiteamini. Advertite bellicum Arietem in Agno, in diſco caſſidẽ, ut expugnatorem perfidiæ noſcatis. Lõgè tamen melius galeâ fidei laureatũ munivit verticem, gladio Verbi armavit lingvam, ipſe ſibi celeuſma, vox in deſerto. Achillis æmulum putaverim, illũ in ferrea ſtyge obduravit Thetys, hunc chalybe decoloratæ cutis incoxit ſol; ille Paridi conflixit, hic Veneri, uterq́; ſaucius,

ille

ille in talo, hic in collo, uterq; cæsus, ille in acie, hic in carcere, ille pro Græcia, hic pro Patria Religione, nisi quod ille pro palma fatalẽ taxum, hic pro cupresso laurum immortalis vitæ reportavit, in ipsa clade Victor lethi, finè letho, in sangvine purpuratus Triumphator. Credetis Auditores, priusqum in mundum, in arenam descendit, priusquam Lucinæ faciem, bellica fulmina aspexit, necdũ natus, jam strenuus pugil, ante fascias, cõpedes hosti injecit, ante cunas, Cannas Annibalis ingressus, uterum Elisabethæ in campum Gradivi commutavit, ipse sibi pyrobolus, ipse machina, ipse telum, testudinem laborantis naturæ saliens in visceribus expugnavit. Non vulgaris hæc mihi credite victoria, ubi immaturus pusio cum Veterano Sene, infans miles cũ exantlato Duce, necdum sibi compos Joannes, cum potenti Adam, incruentum, ideò palmarius duellum absolvit. Victus in alvi stadio grandævus Adam, quàm in omnes effudit noxæ pestem, ab illa innoxium reliquit Joannem, quo universam mortalitatem peremit letho, hoc illi in manubias concessit. Date plausum tri-

pudianti in utero Victori, & vel ex ipso hoc saltu, grandem ad palmas JOANNIS passum æstimate. Triumphator pusio maternæ sarcinæ curuli ad Capitolium gloriæ evolvitur; nondum natus, jam ruinâ Adam notus; primam quæsivit palmam ex primo parente. Extinxit illius incendia innocenti lacte; severus infans grâvi supercilio, gratas confecit Veneres. Senescentem peccati malitiam, necdũ puer oppressit, non tam membrorum, quam sanctitatis mole; libertatem primævi sceleris captivavit, & cum alij nondum nati, jam uteri feretro ad tumulum feruntur, priùs mortem, quàm lucem aspiciunt, ipse primogenitum virus, tela Adæ confregit, proscripsit, triumphavit. Jactet suum Roma Caligulam, quod reptarit perscuta puer, in castris solio effusus, Bellonâ sibi pro Lucina obstetricante; præsentent in clypeis Lacones infantem Regẽ, ut militares accendant animos, quasi etiam parvo fomite, vires bellicæ flammæ sumere possent; ego absq; omni ambitiosæ laudis censura, dicã JOANNEM in materna alvo, Adæ victorem. Hinc alterã occupaturus aciem, mundũ ingressus est.

Uti-

Utinam vidiſſetis Auditores quo ſpectaculo aſtrorum? quâ amænitate terræ? quo tripudio ſacræ Thetidis? quo ararũ plauſu? quâ parentum lætitiâ? quo populi concentu? Novum Phænomenon, ſanctior Titan, innocens Achilles, beatus Myſtes, grandis Filius, regnorum Deliciæ excipiebatur. Vendicabat ſibi Cœlum, ſolem; tellus Gigantem; Thetys Pelidã; Templa præſulem, Parentes ſolatiũ, Reſpublica Civem, ut ab illo ſidera haurirẽt lucem, terra vires ſolidaret in ſuperos, argenteus undarum humor combiberet SACRAMENTUM, deſolatæ ſupremi numinis menſæ delibarent congiaria, vetus Proſapia ſentiret columen, gravatæ gentes reciperent ſubſidium; at ſimul ſpectaſſetis quo motu ſcelera, quo terrore diſſoluti mores, quâ formidine infames Dij quo tremore vitæ licentia, quâ anguſtia aularum luxus, qua pernicitate mundi laſcivia, umbras quærere, tenebris involvi, in ſtygem redire, ſuffugere in ſpelæa, ſumi nebulis obduci, Dionæas ſpecus repetere, ſatagebant: Ipſo vagitu peremit crimina, ipſo aſpectu cicuravit eluxatã morum proterviam, in ſinum Lucinæ cadẽs,

Idolorum ſuperbiam contrivit; tenerâ & necdum in rugas compoſitâ fronte, Catonico rigore, vitam inſolentem compeſcuit infantili riſu convivantium lepores damnavit, nudus nudum Cupidinem profligavit, uno conflictu Erebi in latibulis ſcelerum, Machiavelli in conturbernio licentiæ, Epicuri in grege voluptatum, Deorum in fanis, Cythereæ in gynecæis, victor exiſtens. Non potuit elingvis aliàs Zacharias, tanti Domitoris ſilere triumphos, & qui nutibus antea oracula Numinis exponebat populo, jam rupto ipſius lætitiæ ſtimulis ſilentio, triumphale Jo cecinit, cum JOANNEM nominari voluit. Debuit inquam mutus etiam Orator, in Panegyrim tanto Heroi erupiſſe & encomia, marmore cedroq̃; notanda, in ſilice aut lapideo codice, ferreâ acu non calamo, filij victorijs præludens exaravit. Sed ut ſciatis non illos tantum eſſe victores, qui alienum fundere ſangvinem, ſuo parcere nôrunt, JOANNES noſter à proprio vulnere auſpicatur laureas. Tyrannorum eſt, dicamnè etiam ferarum paſci & fordere hoſtium cruore, ad ſuum verò exanimari. Pudeat imbelles Adonides, quos

vix

vix tenuior ſpinarum pupugit aculeus, cum ſangvine vitam effundunt. Neſcit quantâ hoſtem afflixit ruinâ, qui nunquâ ſenſum doloris expertus eſt. Ideoq; cladis acrimoniam ex ſuo ſangvine æſtimaturus JOANNES, ſauciari voluit, non ſuperari. Circumciſus à Zacharia irrigavit palmas, ut uberiùs ſibi effrondeſcerent in gloriam, aut jam tunc SACRAMENTUM Marti ad aras depoſuit, in ara depoſitus. Gemmas non ſtillas ſangvinis crederes, quibus noſtro Polycrati deſponſabantur victoriæ. Roſas dixeris nulli Perſeo calcandas, quæ in ſertum triumphale efflorescebant JOANNI. Jo triumphe! quantus Puſio! in murice ſui cruoris maturuit ad palmas & purpuram, in manibus Myſtarum, pro eſſedo triumphali vectus non tam ſanctuarium quam ſolium intravit. Aut potiùs laurearum & belli avidus Heros in templo ſolymæ oſtium bifrontis DEI aperuit. Scilicet JOANNI, Jani nomēclatio vectigalis eſt! quouſq; in limine armorum cum noſtro victore hærebimus? quouſq; natum ad bella JOANNEM pueriſibus bullis delectabimus? quouſq; arundini magnorum paſſuum Gigantem aptabi-

bimus? quid in castra edito cum molli byſſo? quid ſub bellatrices criſtas adulto, cum Marcidis Cayſtri plumis? quid victricibus Aquilis ferendo, cum imbellibus columbis aut gerulis, quid ſangvineo Bellonæ ubere ablactando, cum ſvavibꝰ gratiarũ papillis? Non quæremus noſtro Herculi Alcmenam, nec ſuffurabimur cũ Jove lacteã DivinæJunonis ambroſiã, cui dulcis Congiarium præſtat mel Silveſtre, quàm Junonium nectar, & virgineus in eremo latex plus ſapit, quàm adulteræ Semeles libamina. Moratur oratio? & auguſtus Victor jam ſalit in montibus; jam tranſilit colles domicilio Zachariæ tentoria arborum, delicijs Eliſabethæ Saltus Dianæ, gerularum obſequio ferarum conſortia, aulæis caulas opilionum, purpuræ & byſſo vilius gauſape, prætextæ pellem cameli commutavit, ut ſciatis in Hæmo Martem, in Erymantho Alcidam, in ſylvis Hyppolitum, ad Amphryſi greges Apollinem, ſub hirto tegmine Chironem, ſub ſpolio Leonis Tydeũ, ubiq; armorum parentem, monſtrorum domitorem, illecebrarum Zoilum, oraculorũ interpretem, diſciplinæ popularis magiſtrum,

gistrum, Lernæ impugnatorem, qui stipites deserti aptavit in milites, accensam bile Erebi hydram, flammis amoris Divini inussit, palmari pugno pro clava attrivit, Herodianas faces suo sangvine extinxit. Verbi æterni tectam majestatem indigitavit, morum licentiam cœrcuit, stygem debellavit. Et quidē plures sunt ejusmodi bellatores, qui arma Martialia gestant, non Martis animum. Loricam cum Antiocho telis obijciunt, non pectō, imbelles Patrocli Achilleo accinguntur gladio, non virtute Achillis; ignobiles Therſitæ Ajacis clypeo armantur, non manu; ignavi Parides hastam, non robur Hectoris in hostem ferunt; Alexandri nomen, non magnitudinem implent. Timetur illorum majestas, quæ metum animi splendore vestit, palpitat formidantibus cor, dum militares dexteræ palpant in viscēribus hostium animas, suis fulminibus terrentur, quæ in alios projciunt. Ficti Achilles, scenici Alcidæ, cerussati Agamemnones, arma, non bellicam indolem circumferunt. Secus agit Joannes, cui magnum Nomen majoris animi tessera est; bellorum officinā

in

in pectore alit, ipse sibi telum, quo hostem obruit, ipso se, tyrannidem regiam arietat. Seminudus, sed non semivir, loricæ instar masculâ fortitudine induitur, neminem timet, præterquam DEUM, fugam non novit, nisi vitiorum. Ita quamvis aheneum thoracem, Persei ægidem, Scipionis gladium, Annibalis sagum, Æneæ hastam in JOANNE nostro non aspicimus, loricatum tamen illius pectus, umbone protectum latus, armatam ense dexteram, gravidam sarissâ manum, implẽtẽ officium armorum animũ veneremur. Quamvis & cameli tegmen, pellem Leonis, adusta sole cutis, squammas chalybis, nodosus stipes, hastam, satis egregiè illi sufficiunt. Quodsi armatæ Premislao quercus eviruerunt in laureas, quidni & nostro JOANNI Sylvestres palmæ, victrices adornent palmas? Si olim Titanes montibus pro telis in Olympũ usi, quidni JOANNES, qui exultavit utgigas ad currendam viam, collibus Sionis utatur pro machinis; si India elephantes in aciẽ trahit, quidni JOANNI tota ferarum Respublica militet & obsequatur? Pharetrata Dyctinne illius stipendia meretur, ipsa soli-

ſolitudo armatur horrore. JOANNIS in oculis ardent Gradivi faces, in fronte laxantur arcus, in genis bellax arrigitur lanugo, in voce detonant fulmina, in verbis minantur acumina, in corde focus Martis accenditur, in venis & nervis parantur vincula, deniq́; tota membrorum compages velut quædam balliſta, non tã globos aut ſaxa, quàm heroicos Spiritus ejaculatur in hoſtem. Aggreſſurus itaq́; Judaicæ perfidiæ arcem, nobile ſtrategema adſtruit in deſerto. Nempe Ducum victorijs ſubſidio ſunt nemora. Pœnis Alpes in Italiam, Græcis Xanthi & Simoentis luci in Ilium Polonis diſpoſitæ in ſpeciem Sylvæ arbores in Thraciã detexerunt triumphos, cum ſolertes dolos obtexerunt. Imò militares animæ intimâ quâdam loci virtute à Leonibus audaciã combibunt bellandi. Montibus & ſylvis aſſveta recentior ætas, ingenium nemoris duritiemq́; trahit, hinc uſti longis cœli ſudoribus artus, fortius in caſtris, arma famemq́; ferunt. Ite nunc & datæ quantocvus aciem JOANNI, armata Idumeæ ſcelera, ut herbã victori porrigatis. Attollite veſtros pro Aquilis dracones, infen-

fensæ Eumenides, complete cohortes furiæ, occupate alas Tænari spectra, Tysiphone accendat faces, accurrite periclitaturæ stygi auxiliares voluptatis Dij, Ericinæ sagittarij amores, Ite avari cyclopes, superbi gigantes, rapaces harpyæ, petulci Ixiones, invidi Tantalidæ, audaces Sysyphi; celerate exanimes Idolorum trunci, adulteri Joves, superstitiosi Apollines, parentes tenebrarum Soles, impij Martes, properate, confluite, involate arenam belli, ut uno ictu tot malorũ cervicem præcidat JOANNES; opponet ille Eumenidum serpentibus, Salvatoris labarum, turmis scelerum, phalanges virtutum, furorum cuneis signa mansvetudinis, Lemurum umbris, testimonia Luminis æterni, Tysyphonæ Astræam; Obyciet auxilijs volupiæ, suppetias abstinentiæ, effronti Cypriæ Virginem animum, parvo cupidini Virgam Jesse, rapacibus lupis, Agnum innocentem, avaritiæ, cõtemptum mundi, arrogantiæ, humilẽ arundinem, harpijs, fugam luxuum, Ixionibus, rotas sphærarum cœlestium, Tantalis pœnitentiæ undas, Sysiphis Lapidẽ angularẽ Christum; Inducet contra Cre-

teum

teum Tonantem, verum Numen, contra Delphica mendacia Æternam Veritatem in Solis quadrigas, ſupplicia fulminum, & fulgura veræ Lucis, in armorum Deos, Principem pacis. Longius protraxi aciem, quàm JOANNES Victoriam. Vix Proſerpinæ ſtetére Legiones, vix criminum tumultuaria comparuit manus, vix delubrorum incolæ Dij aſſurrexêre, ſola voce in tormenta & bellicos canones uſus, omnem illam Erebi nubem deterruit, diſpulit, profligavit. Cecinêre receptui Eumenides, ſed cum non poſſent tam celeri fugâ redire in ſtygem quæſiverunt in aula Herodis propugnaculũ. Tanta colluvies, quis crederet, uni Regiæ infuſa, ſecuriùs putâbat JOANNEM ſe poſſe laceſſere, ex arce Tyranni. At Victor noſter, ut penitûs Orci incendia extinxiſſet, ad Jordanis prius flumina ſe explicuit. Innocentes lymphas animabat in exitium flammarũ Erebi, quæ ſi non plus, ſaltim Æthyopes Spiritus, exuerent ſpolijs fuliginum. Neq́; hic abſq́; palma ſubſtitit JOANNES. Baptiſmalibus aquis, pluſquam Deucalionio diluvio offudit Tartarum. Quis ſatis ediſſerat, quot in Jordanis al-

veo tumulum repererunt scelera! quot fasces Cupidinis extinctæ! quot Veneres submersæ! quot idola absorpta! quot decoloratæ æstu libidinis animæ, exuvias sui reliquêre? quot onerariæ rates voluptatum fractæ! quot urinatores Cocyti, qui gemmas gratiarum cœlestium expiscari voluerant obruti! ubi JOANNES pœnitentiam prædicans, fluctibus Jordanis, lachrymas contritorum Civium auxit. Enatârunt inde niveæ mentes, quæ stygialibus flammis ad instar titionum adustæ venerant. Effulserunt candidi vultus, quos Æthyopes Proserpina dederat, vix in sacris Baptismi thermis sunt ablutæ. Apparuerunt virgines lupæ, casti cupidines, Sanctæ Cyprides, vix primis fontem labijs delibarunt. Te apello Galilæa, Idumæa, Samaria, quas ille sacro undarũ latice tinctas, velut juvenescentes aquilas, prætulit in triumphum. Vos testor Tyrij, Sydones, Phœnices, Cilices, quas ille Verbi Divini vinculis illigavit, vos provoco in fidem Carmeli, Thaboris Sionis incolæ, vos Nazarei, Bethlehemitæ, Hierosolymitani, quibus ille vel exemplo præluxit, vel dogmata æternæ veritatis

tis monstravit, dicite, quot JOANNES trophæa, ad ripas Jordanis erexit, quot spolia Tartaro detraxit, quot Victorias cicuratorum morum reportavit. Adstruebat interea vires profuga ad Regiam Herodis Tysyphone, vallabat arcem sceleribus, accendebat turres furijs, præcludebat vectibus licentiæ portas, speculæ imposuit Tyrannidem, quæ truci prospectaret oculo, quâ JOANNES vellet stygem aggredi, quibus obsidere copijs, quo effringere insultu. Adfuit Hercules ad ostium Tænari, Annibal ante portam Romæ, Alexãder ad Tyri muros, JOANNES ad Herodianæ Tyrannidis propugnacula, ut quem luxus & incesta Venus fregerat, quem Ditis opes auxerunt, enervasset. Verum enim verò ingeniosa styx cũ aperto Marte JOANNI confligere non posset, dolos arcessivit. O ingens Erebi astus! Alcidæ objecit Omphylam, Samsoni Dalila, Cyro Semiramidem, Antonio Cleopatram, invicto Heroi fœminam, Casto Juveni effrontem lupam JOANNI Herodianam, quasi ille, quem tela non expugnârunt, expungeretur muliebri acu, quem ignes bellici non incenderunt, flammis cupidi-

nis exureretur, quem deserta Idumeæ nō emolliverunt, floridâ Cypro eluxaretur, quem fulmina Martis non moverunt, flabellis Paphiæ propulsaretur. Vicisset hic lasciva Eumenis, nisi in JOANNEM incidisset. Quis enim præter illum ad molles lingvæ blanditias, ad svaves Verborum illecebras. Oculorum mites radios, ad dulcem in labris rosam, ad pictas in genis Charites, ad serenas in fronte irides, ad miram colludentium pupillarum voluptatem non succubuisset? qua arte infamis Jena, spondendo regias opes, offerendo divites census, honorum fastigia, amicitiæ fœdera, & mille Principis favores affingendo, expugnare nostrū Victorem satagebat, ut subscripsisset libidini incestæ; quis præter JOANNEM severo Herodis supercilio, minarum tonitruis, ensium fulguribus, compedum tinnitu; ergastuli horrore, sangvinis macello, lictorum barbarie non deterretur, quæ omnia Tyrannus adducere, intentare, cōminari non desistebat, si ille consangvineū Hymenem impugnaret. Infractus ad hæc stetit JOANNES, effrōti Herodianæ duram frontem objecit, blanditiarum toxi-

co,

co, medelam in pœnitentia applicuit; Regijs furoribus adamantinum pectus obtulit, minis constantiam obtrusit, carceri libertatem animi opposuit. Hic vidisse tis ringi Tyrannum, excandescere fœminam, ridere Joannem; illos ergastula, secures, Phalaridis tauros, Ætneas in cudes, vincula, clibanos, proclamare, hũc Dei vindictam, Tribunal justitiæ, legum æquitatem, thori sanctimoniam, pudoris jura appellare. Quid plura? rapitur Joannes in carcerem, innodatur vinculis, captivatur. Erravi? dicere debueram, in terræ viscera descendit, aggressurus in centro Orcum; tenebras ergastuli noctẽ stygiam ratus provocat in certamen Proserpinam, & sanctioris vitæ lumine eliminat. Fauces inferni credite, in quibus Alcides noster latrantem Cerberum, non sopivit tantùm, sed & trucidavit. Ita Victor omne stadium in laurus Catenarum sphæras in annulos, carceris fundũ in fundamentum gloriæ, compedes in regales fascias, squallentem muscũ in serta victricia, umbras in splendorem triumphi sibi adaptavit. Sed voraci harpiæ, famescenti lupæ, siticulosæ & nunquam explendæ

Danaidi, crudeli Circæ, mõſtroſæ Gorgonidi, immani Herodianæ, parum erat captivâſſe JOANNEM, parum infarciri offis, ingurgitari mero, obrui luxu niſi caput JOANNIS eſurijſſet. Offertur ambitioſæ mulieri dimidium regni, promittitur regia ſupellex inceſtæ pellici, cumulantur cum Gange & Erythræo coralia perſonatæ Veneri, plus illa tamen æſtimat ſolium intellectûs in capite JOANNIS, quàm regnum Judææ, frontem pudicam ipſa ſinè fronte, oculorum pyropos quàm adamantes, lingvæ caſtigantis pretium, quàm regium aurum, ſangvinem quàm muricem. Vicit Tyranni mollitiem fœmina, non JOANNIS animum. Plectitur capite in carcere, ne ſol aſpiceret; & ut ipſæ ergaſtuli tenebræ, luctum circũ ferrent. O! immanis barbaries! infertur menſæ ad votum pellicis in diſco caput JOANNIS. Dicetis jam Auditores victum, quia vinctum, profligatum, quia ad cædẽ efflagitatum, ſinè viribus, quia ſinè vita, ſinè epinicio quia in epicedio abſq; Capitolio quia abſq; capite JOANNEM, at ego in victoritia ſecuri conſulâres faſces, in Cruore purpuram, in martyrio Martẽ, in

diſco

disco triumphale vehiculum, in mensa theatrum trophæorum, in vulnere aperto tripudiantis gloriæ frontes in trunco corpore laurearum stipitem in Cæso Jóanne Cæsarem, in prostrato stantem Victorem aspicio, qui in carcere tenebrosam stygem seipso oppressam, in aula Herodis tyrannidem supereminenti mensis capite triumphavit. Erumpere in panegyrim triumphatori volueram, sed cum ipse Joannes pro rostris è disco disertiùs perorat, subticendũ Oratoribus existimo.

Ad M.D. Sanctificationẽ B.V.M. honorem.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0007726